





PUBLII VIRGILII MARONIS

INDICES

QUATUOR ABSOLUTISSIMI

INTER QUOS FLORA VIRGILIANA.

EXCUDEBAT PETRUS DIDOT
NATU MAJOR, REGIS TYPOGRAPHUS.

P. VIRGILIUS MARO

QUATUOR INDICES

NOMINUM VERBORUM RERUM ET PLANTARUM

IN OMNIBUS VIRGILII OPERIBUS

OCCURRENTIUM


DISPOSUIT RECENSUIT EMENDAVIT

N. E. LEMAIRE

VOLUMEN OCTAVUM ET ULTIMUM

V. 8.





PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXII

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC OCTAVO ET ULTIMO VOLUMINE CONTINENTUR.

LECTORI STUDIOSO

S. P. D.

N. E. LEMAIRE.

DE QUATUOR INDICIBUS VIRGILIANIS

PRÆMONITIO.

In præfatione hujus Virgilianæ Editionis, (vol. I, p. xiij) promiseram locupletissimos nominum, rerum, verborum et notarum indices: atque ad meam fidem penitus solvendam cuncta præsto mihi adfore ex communi eruditorum virorum opinione conjectaveram. Omnes enim clamabant indicem Virgilianum ab Heynio confectum, ex omni parte absolutum prodiisse; et ipse profitebatur huic operi curam adhibitam fuisse et diligentiam, quanta ab hominibus doctis et industriis præstari potuerit, etsi tamen modeste fatebatur in hoc labore *nonnulla* desiderari aut reprehendi posse: adjiciebat indicem verborum eo consilio tractatum, ut orationis poeticæ Romanorum, vel saltem Maronianæ tanquam penus esset, auctore Aug. Guill. *Schlegel,* Academiæ Ienensis professore, curatum fuisse; deinde emendatum passimque suppletum a viro doctissimo, Raphaele Fiorillo Bibliothecæ Academicæ a Commentariis: præterea Indicem in varias lectiones et notas, olim a viro clar. Car. Goth. Lenzio diligenter confectum, etiam industria juve-

nis modesti et docti, Frid. Peuceri, Wimariensis, enitere; quum ejus opera in eo fuisset versata, ut insigniora quæque et disertiora, sive ad verborum explicandos sensus, sive ad res criticas, mythicasque, historiamve illustrandam, apposita notaret, neglectis tamen iis quæ ad poetæ interpretationem spectarent, aut in excursibus ipsis cognosci melius atque certius possent.

His igitur pronunciatis confisus, existimabam post tot Virgilii editiones in iis tandem indicibus acquiescendum, eosque quamprimum typis simpliciter mandandos. Verumenim vero fucum mihi res fecerat: ubi enim hanc opimam segetem attentis oculis perlustravi, nonnulla statim offenderunt, et in quibusdam locis dominari visum est *infelix lolium:* neque is erat, licet immensus, labor, qui animo in Virgilii gloriam admodum intento satisfaceret. Omissa non pauca; in librorum aut versuum indicationem, in ipsa verba et sententias multoties peccatum; unde lectoris ingenio molestia, jacturaque temporis multiplex oriatur.

Quare ad alios recurrendum fuit: sed, ut cæteros taceam, qui hinc inde aliquot membra Virgilii temere arripientes, ubi viginti aut triginta paginas confecerant, indicem locupletissimum explevisse sibi videbantur, duo in primis ante oculos versati sunt, quos forsan unum et eumdem esse melius dixerim, Erythræus scilicet (a Burmanno editus), et inter omnes laudabilis Car. Ruæus.

Index Nicolai Erythræi, cujus verum nomen fuit Joh. *Vittorio Rossi*, ab Emmenessio primum, deinde a Maasvicio prolatus, tandem ab Antonio Maria Bassa ita emendatus et concinnatus fuit, ut eum in sua volumina pro solita sagacitate Burmannus vocare non dubitaverit.

Car. Ruæus autem, qui laborem cæteris emendatiorem dare voluerat, pollicebaturque se nihil pro virili parte prætermissurum, quod cuique studioso facere satis posset, Erythræi Indicem a primo fere verbo ad ultimum, ut ipse

prædicat, recensuit et contulit: menda quamplurima quæ in alias editiones irrepserant, multa quoque in iisdem omissa, de integro et quasi quodam postliminii jure, loco atque ordini suo restituit.

Hæ fuerunt in manibus opes, quibus frui paratis res nullius negotii videbatur. Ecce Tantali supplicium! positis ad manum uti non licuit. Burmanni enim et Ruæi Indices unam solum modo vocem cuique articulo præferebant, omissis omnibus iis quæ rem intelligendam aperte designarent. Itaque quoties vox eadem in Virgilio frequens occurreret, hanc indicabat continenti serie longa numerorum columna, quos inter figura similes tam diu errandum et sudandum erat, ut vix posses Ariadnæo filo has ambages dolosque inextricabiles resolvere.

Alio igitur me converti, totumque hoc opus ex integro statui retexendum. Dux ille fuit, qui debuerat, clar. Heynius, cujus in augendo opere, vel castigando nullam recusavi laboris difficultatem, nec vigiliæ parcus, nec patientiæ. Collatis inter se Heynio, Ruæo, Burmannoque, notas numerales et verba ad unum recognovi, ita ut numeri cum numeris, verba cum verbis poetæ quam aptissime nunc convenirent. Heynii ex imitatione, diversos vocabulorum intellectus, sensusque phrasium quam brevissime expositos, explanavimus; et, quod apud eum solum occurrit, in indice memorantur parva illa poemata, quæ Maroni vulgo tribuuntur. Illud quoque non minimi momenti judico, quod hoc opus nostrum omnibus Virgilii editionibus æque inservire possit: quamquam enim in ipso contextu vulgarem scribendi rationem non secuti fuerimus, hanc in indice voluimus revocatam, ut voces facilius illic invenirentur ab illis, qui diverso orthographiæ genere utuntur. Itaque hic pro *adnuo* est *annuo;* pro *gnatus* est *natus;* pro *volnus* est *vulnus*, aliaque similia.

Notandum est quoque indices Virgilianos sæpe in desi-

gnandis primi Æneidos libri versibus numero discrepare; quippe quod alii hujus principio adjungunt quatuor istos versus, *Ille ego*, etc., etc., alii vero rejiciunt, quod et nos cum Heynio fecimus.

His animadversis, nostrum hunc laborem distribuimus in quatuor partes, quæ sunt,

1° Catalogus nominum;

2° Index latinitatis;

3° Index in Notas et Commentarios;

4° Flora Virgiliana, seu Index Gallicus plantarum in Virgilii operibus occurrentium, nunc primum editus.

Docti jampridem desiderabant librum, qui plantas in Virgilio memoratas quasi in fasciculum colligens, omnium oculis cognoscendas proponeret. Nullus enim poeta fusius quam Noster, immo amantius, ruris opes descripsit; ita ut Flora Virgiliana, si absolute confecta sit, cunctis latinæ poeseos fetibus intelligendis sufficiat.

Ecce proferimus laborem non solum forma, sed etiam re novum, sedula mentis attentione, multorumque annorum lucubrationibus compositum ab A. L. A. Fée, cujus neque summam eruditionem, neque exquisitam in scribendo elegantiam, nec constantem in scrutandis scientiarum latebris patientiam a me laudandas esse arbitror, quum supra hanc laudem clamet ipsum opus, in quo tale virium suarum specimen edidit. Multa hic nova sunt; quædam ab aliis jam prolata, aut emendantur, aut in melius vertuntur. Quoties fieri potuit, orationem ille eximiis floribus adspersit (vid. Lotos, Narcissus, Quercus); at certe claram semper facilemque perpolivit. Neque tempori parcendum ratus, plus ducentorum scriptorum evolvit libros, optimarumque edd. textus cum locis citatis comparavit; denique nullam admisit opinionem nisi trutina examinatam : in grammaticam quoque et verborum etymon omnem ingenii solertiam intendit. Quod brevem excursum de *Sandyce* tentaverit, etsi

extra ordinem videri queat, illud tamen corrigendæ multorum hallucinationes reposcebant.

Præcipuam in opere partem obtinet *Lotos*, cujus historia, sæpe controversiis obscurata, multos errores peperit. Huc etiam, etsi quædam in dubio reliquerit auctor, magnam tamen lucem intulit, doctrina pariter et sermonis suavi lepore commendandus. Solent quidem istarum rerum descriptores orationem suam, verbis inauditis et nescio quid horrificum sonantibus refertam, paucorum auribus accommodare: verum hic linguam suam omnes agnoscent, ita ut discere possint imperiti, neque sua pars eruditis defuerit: omnibus enim provisum est.

Scilicet, ne quid desiderent herbariæ artis amatores, vir doctiss. in fine laboris sui apposuit quamdam tabulam, ubi plantæ Virgilianæ, in familias secundum Cl. JUSSIEU divisæ, disponuntur per classes iis a Linnæo assignatas; earumque nomina, seu græce, seu latine variis modis expressa inter se conferuntur. Huic tabulæ titulus inscriptus est: *Concordance synonymique de la Flore de Virgile.* Ea pars est eruditis destinata, in qua præcipue desudavit auctor, quum multa inquirenda, et e librorum pulvere eruenda forent; quum, nullo oblectamento operosæ scrutationis fastidium intermittente, nihil patientiam adjuvaret, nisi verecundus ad lectorum judicium respectus; quæ religio rarior in dies invenitur.

Itaque diligentissimo viro gratiarum actionem voveo habeoque, quod tam studiose conatibus meis summæ doctrinæ auxilium præstiterit. Et hinc lætus prædico illum jam polliceri, fore ut mihi notas suas de Plinio majore impertiatur, quibus per *elogium* publici juris factum, et tanto naturalis historiæ scriptore dignum, feliciter prolusit.

Nunc ad Floram redeamus, cui ut manus extrema imponeretur, nihil neglectum fuit: accedit enim Auctorum Catalogus, quo adhibita quæque editio fideliter exprimitur;

accedunt tabulæ locupletes, quibus seu verba ex hebraico, vel arabico, græcove sermone desumpta, seu plantarum Virgilianarum nomina continentur.

Inde maximis sumptibus confectum esse hoc volumen nemo non videbit: namque nulli impensæ peperci, ut mea hæc editio publicæ exspectationi respondeat.

Nunc autem a studiosa juventute, a magistris omni doctrinarum luce refulgentibus, quorum plures amicitia mihi conjuncti sunt, ab æquis et candidis laborum meorum censoribus summopere expeto, ut si quid hic aut illic peccatum quod præsertim vereor, fuerit, humanæ incuriæ et infirmitati adscribere potius quam morosa et acerba nimis æstimatione omnia exigere, consiliumque magis ac summam operis laudibus adjuvare, quam partes aliquas præ cæteris minus placentes carpere velint.

Valete, æqui et benevoli literariæ rei fautores et judices.

Lutetiæ Parisiorum, mense octobri, 1822.

N. E. LEMAIRE.

INDICES
VIRGILIANI

EXPLICATIO

SIGNORUM ET COMPENDIORUM

QUÆ IN HIS QUATUOR INDICIBUS OCCURRUNT.

E.	Eclogæ.
G.	Georgica.
Æ.	Æneis.
Cu.	Culex.
Cir.	Ciris.
Cat.	Catalecta.
Cop.	Copa.
Mor.	Moretum.
N.	Notæ.
V. L.	Variantes Lectiones.
Exc.	Excursus.
V. D.	Vita Virgilii, autore Donato; Tom. VII, pag. 265.
V. V.	Vita Virgilii, per annos digesta; Tom. VII, p. 297.
Disq.	Disquisitiones ad Æneidem, Tom. II, p. 3 et 38.

PRIMUS INDEX.

CATALOGUS NOMINUM.

N. B. In præfatione præcedenti, varia signa et scripturæ compendia, quæ in hoc indice occurrunt, explicata inveniuntur.

ficiscitur, Æ. VIII, 585. — *accipit arma Vulcania, in his clipeum*, Æ. VIII, 620. — *revehitur ad suos*, Æ. X, 146 seqq. — *Rutulorum copias adoritur*, Æ. X, 256 seqq. — *interficit Lausum et Mezentium*, Æ. X, 810 seqq. — *Pallantis corpus Evandro remittit*, Æ. XI, init. — *cum exercitu ad Laurentum contendit*, Æ, XI, 445 seqq. — *vulneratur*, Æ. XII, 311 seqq. — *Turnum singulari certamine vincit*, Æ. XII, 697 sqq.

Æneas Silvius, Æ. VI, 769.

Æneius : Æneia nutrix, Æ. VII, 1. — puppis, Æ. X, 156. — hospitia, Æ. X, 494.

Æolia (insula) patria ventorum, Æ. I, 52; X, 38.

Æolides (Ulysses), Æ. VI, 529. Misenus, Æ. VI, 164. — Clytius, Æ. IX, 774.

Æolius : Æolia Lipare, Æ. VIII, 416. — Æoliæ procellæ, Æ. V, 791. — oræ, Æ. VIII, 454.

Æolus rex, Æ. I, 52. — *rogatu Junonis tempestatem excitat*, Æ. I, 50 seqq. — Æolus (Lyrnessius), Æ, XII, 542.

Æqui Falisci (oppidum), Æ. VII, 695.

Æquiculus : Æquicula (gens), Æ. VII, 747.

Æthiopes, E. X, 68; G. II, 120; Æ. IV, 481.

Æthon equus (Pallantis), Æ. XI, 89.

Ætna undans, G. I, 472. — Trinacria, Æ. III, 554. — ingens, Æ. III, 579. — *Ætnæ descriptio*, Æ. III, 570 seqq.

Ætnæus Cyclops, Cu. 331. — Ætnæi fratres, Æ. III, 678. — ignes, Æ. VII, 786. — Cyclopes, Æ, VIII, 440; XI, 263. — Ætnæa antra, Æ, VIII, 419.

Ætolus (Diomedes), Æ. XI, 428. — Ætola urbs (Argyrippa), Æ. XI, 239. — Ætoli Arpi, Æ. X, 28.

Afer (adj.) armentarius, G. III, 344. — turbo, Cir. 480.

Afer (subst.) : Afra genus, Mo. 32. — Afri sitientes, E. I, 65. — discincti, Æ. VIII, 724. — celeres, Cat. XI, 51.

Africa terra dives triumphis, Æ. IV, 37.

Africus (ventus) creber procellis, Æ. I, 85.

Agamemnonius Orestes, Æ. IV, 471. — Halæsus, Æ. VII, 723. — Agamemnoniæ res, Æ. III, 54. — phalanges, Æ. VI, 489. — Mycenæ, Æ. VI, 839.

Aganippe Aonia, E. X, 12.

Agathyrsi (Hyperborei) picti, Æ. IV, 146.

Agave Cadmeis, Cu. 110.

Agenor (Phœnicum rex), Æ. I, 338.

Agis Lycius, Æ. X, 751.

Aglaie, Cat. XI, 60.

Agrippa (Octavii socius), Æ. VIII, 682.

Agyllinus : Agyllina urbs, Æ. VII, 652; VIII, 479. — Agyllini, Æ. XII, 281.

Ajax, Oilei f., Æ. I, 41. — acerrimus, Æ. II, 414.

Alba Longa, Æ. I, 271; III, 393 et al.

Albanus mons, Æ. XII, 134. — Albanus (Metus Fufetius), Æ. VIII, 643. — Albani patres, Æ. I, 7. — lacus, Æ. IX, 388. — Reges, Æ. XII, 826.

Albula (vetus Thybridis nomen), Æ. VIII, 332.

Albunea alta (fons), Æ. VII, 83.

Alburnus (mons Lucaniæ) virens ilicibus, G. III, 147.

Albutius (grammaticus), Cat. VII, 3.

Alcander (Trojanus), Æ. IX, 767.

Alcanor (Pandari et Bitiæ pater) Idæus, Æ. IX, 672. — Alcanor (Rutulus), Æ. X, 338.

Alcathous (Pelopis filius), Cir. 106.

Alcestis, Cu. 261.

FAU FUR

GAL GAN

NEÆ NEP

obsequitur, Æ. V, 799. — vectus per mare, Æ. V, 817. — evertit Trojam, Æ. II, 610. — exstruxit, IX, 144. — Æneam nube tectum eripuit Achilli, V, 804.

Nereis, Cu. 299, 344. — Nereides, Æ. III, 74, etc.

Nereius : Nereia Doto, Æ. IX, 102.

Nereus grandævus, G. IV, 392. — spumeus, Æ. II, 419.

Nerine Galatea, E. VII, 37.

Neritos (insula), ardua saxis, Æ. III, 271.

Nersæ (Æquorum oppidum), montosæ, Æ. VII, 744.

Nesæe (Nereis), Æ. V, 826.

Nilus magnus, G. III, 29. — stagnans, G. IV, 288. — pingui flumine, Æ. IX, 31. — septem geminus, Æ. VI, 801. — mœrens, Æ. VIII, 711.

Niphæus (Rutulus), Æ. X, 570.

Niphates (mons Armen.), G. III, 30.

Nisa (Damonis amica), Æ. VIII, 18, 26.

Niseius : Niseia virgo, Cir. 390.

Nisus (Scyllæ pater), Æ. VI, 74; Cir. passim. — inimicus, atrox, G. I, 404, 407; Cir. 540. — stabilis, Cir. 378. — pollens quondam, Cir. 411.

Nisus (Trojanus) *cursu certat*, Æ. V, 286 seqq. — *in expeditione nocturna cum Eurialo a Volscente confoditur*, Æ. IX, 176 seqq.

Noctuinus, Cat. III et IV. — superbus, Cat. IV, 1.

Nœmon (Trojanus), Æneid. IX, 767.

Nomentum (oppidum Latin.), Æ. VI, 773; VII, 712.

Noricus : Norica castella, G. III, 474.

Notus vide *Indicem Latinitatis*.

Numa (Rutulus), Æ. IX, 454. — Numa (Rutulus), diversus ab illo, Æ. X, 562. — rex, VI, 810.

Numanus (Rutulus fortis), Æ. IX, 592, 653.

Numicus fons, Æ. VII, 150, 242, 797.

Numidæ infreni, Æ. IV, 41.

Numitor (rex Albanus), Æ. VI, 768. — Numitor (Rutulus), Æ. X, 342.

Nursia (oppid. Sabin.) frigida, Æ. VII, 716.

Nyctelius (susp. lect.), Cu. 110.

Nymphæ, G. IV, 334 seqq. vide *Indicem Latinitatis*.

Nysa (mons), Æ. VI, 806.

Oaxis (Cretæ fluvius), rapidus, E. I, 66.

Oceanitides, G. IV, 341.

Oceanus : vide *Ind. Lat.*

Ocnus filius Mantus et Tusci, Æ. X, 198.

Octavius, Cu. 1, 25; Cat. XIV, 1.

OEagrius Hebrus, G. IV, 524.

OEbalia (pro Tarento), G. IV, 125.

OEbalus (filius Telonis, Teleboum regis, Æ. VII, 734.

OEchalia, Æ. VIII, 291.

OEnides magnus, Cat. XI, 6.

OEnotri viri, Æ. , 532; III, 165.

OEnotria tellus, Æ. VII, 85.

OEta (mons), E. VIII, 30. — auratus, Cu. 202.

Ogygius Phœnix, Cir. 220.

Oileus, Æ. I, 41.

Olearos (insula), Æ. III, 126.

Olympiacus : Olympiaca palma, G. III, 49.

Olympus : vide *Ind. Lat.*

Onytes (Rutulus), Æ. XII, 514.

Opheltes (Euryali pater), Æ. IX, 201.

Opis (nympha), Æ. XI, 532 sqq.

Orcus, G. IV, 502; Æ. IV, 699; VIII, 296. — pallidus, G. I, 277. —

PAL

QUI

RHO ROM

SAL SAT

TAR

Æ. VI, 135. — nocte obsita, Cu. 273. — squalida, Cu. 332.

Tartareus Acheron, Æ. VI, 295. custos, Æ. VI, 395. — Phlegethon, Æ. VI, 551. — Tartarea vox, Æ. VII, 514. — Megæra, Æ. XII, 846. — Tartareæ sorores, Æ. VII, 328. — sedes, Æ. VIII, 667.

Tartarus, Æ. VI, 577.

Tatius senex (rex Sabinorum), Æ. VIII, 638.

Taurus (sidus), candidus, G. I, 217.

Taygete Plias, G. IV, 232.

Taygetus, G. III, 44. — *Taygeta* bacchata virginibus, G. II, 488.

Tegeæus Pan, G. I, 18.

Tegeæus ensis, Æ. VIII, 459.

Tegeæa gens, Æ. V, 299.

Telamonius heros, Cu. 314. — Telamonia virtus, Cu. 296.

Teleboæ, Æ. VII, 735.

Tellus, Æ. IV, 166.

Telon (Œbali pater), Æ. VII, 734.

Temillas, Æ. IX, 576.

Tempe frigida, G. II, 469. — Peneia, G. IV, 317. — gratissima, Cu. 93.

Tenedos, Æ. II, 21, 203, 255.

Tereus (rex), E. VI, 78. — Trojanus, Æ. XI, 675.

Terra parens, Æ. IV, 178. — omniparens, Æ. VI, 595.

Tethys (Τηθὺς Hesiod. Theog. 136), G. I, 31.

Tetrica horrens (mons), Æ. VII, 713.

Teucer seu *Teucrus* (heros Trojanus), a sanguine Teucri, Æ. I, 235; IV, 230; VI, 500. — genus Teucri, VI, 648. — maximus pater, Æ. III, 108. — Teucer (Telamonis filius), Æ. I, 619.

Teucri, Æ. I, 38 et alibi. — Penates, Æ. II, 747. — exsules, Æ. VII, 359. — profugi, Æ. X, 158.

Teucrius: Teucria, Æ. II, 26. — tellus, Cu. 305.

Teutonicus ritus, Æ. VII, 741.

Thalia (Musa), E. VI, 2. — gracilis, Cu. 1.

Thalia (Nympha), G. IV, 338; Æ. V, 826.

Thamyris (Trojanus), Æ. XII, 341

Thapsus (peninsula) jacens, Æ. III, 689.

Thasius: Thasiæ vites, G. II, 91.

Thaumantias, Æ. IX, 5.

Theano (mulier Trojana), Æ. X, 703.

Thebæ, Æ. IV, 470.

Thebanus: Thebana mater, Æ. IX, 697.

Themon (Lycius), Æ. X, 126.

Thermodon (fluvius), Æ. XI, 659.

Theron (Rutulus), Æ. X, 312.

Thersilochus (Trojanus), Æ. VI, 483. — Thersilochus (Trojanus, diversus ab illo), Æ. XII, 363.

Theseus, Æ. VI, 122, 393, 618; Cir. 102.

Thesidæ (Athenienses), G. II, 383.

Thessandrus (e ducibus Græcis), Æ. II, 261.

Thestylis, E. II, 10, 43.

Thetis nympha maris (Θέτις Hesiod. Theog. 244), E. IV, 32. — G. I, 399; Æ. V, 825. — candida, Cir. 392.

Theuthras (Trojanus), Æ. X, 402.

Thoas (e ducibus Græcis), Æ. II, 262. — Thoas (Trojanus), Æ. X, 415.

Thraca, Æ. XII, 335.

Thracius Orpheus, E. IV, 55. — Cisseus, Æ. V, 536. — equus, Æ. V, 565; IX, 49.

Thrax: Thraces, Æ. III, 14.

Threicius rex, Æ III, 51. — sacerdos, Æ. VI, 645. — Threicia cithara, Æ VI, 120. — Samus, Æ. VII, 208. — Threicii, Æ. X, 350. — Threiciæ sagittæ, Æ. V, 312. — Amazones, Æ. XI, 659. — Threicios tres, Æ. X, 350.

Threissa, Æ. XI, 858. — Harpalyce, Æ. I, 316.

Thucydides tyrannus Atticæ febris, Cat. II, 3.

ULY UMB

VEN VOL

XAN

ZAC

ZEP

SECUNDUS INDEX.

INDEX LATINITATIS.

inguine, G. III, 281. — integro, E. IV, 5. — ipso, Æ. XI, 358. — Istro, G. II, 497. — Jove, G. III, 35; Æ. I, 380 et alibi. — Jove principium, E. III, 60; Æ. VII, 219. — limine, Æ. VIII, 461. — limite, E. I, 54. — litore, Æ. III, 536; G. III, 33; Æ. III, 639; V, 43. — Lycia, Æ. X, 126. — malo, Æ. V, 489, 511. — mole adversa, Æ. IX, 35. — occasu, Æ. IX, 668. — Olympo, Æ. VIII, 319. — ordine omni, Æ. VII, 152; III, 447. — ore, Æ. IV, 79; VII, 118; XII, 101. — originæ, G. III, 48, 473; IV, 286 et alibi. — oris, G. III, 196; Æ. I, 1. — imo pectore, Æ. I, 485; VI, 55. — alto pulvere, G. IV, 96, 369 et alibi. — ovilibus, E. I, 8. — alta puppi, Æ. V, 12, 175; VIII, 115. — radice, G. I, 20, II, 17; Æ. XII, 787. — radicibus, G. I, 319. — rege, Æ. XI, 230. — rupe, Æ. III, 647. — sanguine, Æ. V, 299; VIII, 142. — saxo, Æ. XI, 721. — sede, Æ. I, 270; III, 687 et alibi. — sedibus, Æ. II, 611. — semine, Æ. VII, 281. — solio, Æ. XI, 301. — specula, Æ. VIII, 541; X, 454. — alta specula, Æ. III, 239. — stirpe, Æ. I, 626; VIII, 130; IX, 603. — imis stirpibus, G. II, 53. — trabe, Æ. XII, 603. — ubere, G. III, 187; Æ. VI, 428; VII, 484. — ulmo, E. I, 59. — umbris, Æ. VIII, 1. — unda, Æ. VI, 357; VI, 385. — undis, G. IV, 403; Æ. I, 596. — urbe, E. VIII, 68, 72, 84 et alibi, Æ. VI, 97. — vertice, Æ. VII, 674.

Abdo : abdunt vallibus, corpora, Cu. 47. — abdit natam montibus, Æ. VII, 387. — abdidit alte caput, G. III, 422. — abdidit speluncis, Æ. I, 60. — abdidit ensem lateri, Æ. II, 553. — abdidit sese in montes, Æ. XI, 810. — abdiderat sese, Æ. II, 574. — abde domo, G. III, 96. — abdita, intus spiramenta, Æ. IX, 579.

Abduco : abduxere retro capita, Æ. V, 428. — abducite me quascunque terras, Æ. III, 601. — abducere pecus, E. II, 43. — gremiis pactas, Æ. X, 79. — abducta virgine, Æ. VII, 362. — abductis colonis, G. I, 507.

Abeo : abis periturus, Æ. II, 675. — dexter tantum, Æ. V, 162. — diversus, Æ. V, 166; XI, 855. — abit victus, G. III, 225. — Paphum sublimis, Æ. I, 415. — primus, Æ. V, 318. — Nisus, Æ. IX, 386. — sub pectus cornus, Æ. IX, 700. — inde, Mo. 19. — abeunt inconsulti, Æ. III, 452. — abibat haud secus, Æ. II, 382. — bellis victor, Æ. X, 859. — abii unde, Æ. X, 670. — abiere in vanas vices honores, Cu. 225. — abibis injussus ripam, Æ. VI, 375. indictus carminibus, Æ. VII, 733. — abibit dilapsus in aquas, G. IV, 410. — nemo non donatus, Æ. V, 305. — rus puella, Cat. III, 4. — abi pulsus, Æ. XI, 366. — abito contentus, Æ. V, 314. — abeat montibus, E. VII, 56. — abiret genitor, Æ. X, 800. — abire fuga ardet, Æ. IV, 281. — abiisse nos rati, Æ. II, 25. — abeuntibus dederat vina, Æ. I, 196.

Abies pulcherrima in montibus, E. VII, 66. — visura casus, G. II, 68. — abies uncta, Æ. VIII, 91. — abiete secta intexunt costas, Æ. II, 16. — puppes, Æ. V, 663. — nigra cingunt nemus, Æ. VIII, 599. — longa transverberat pectus, Æ. XI, 657. — abietibus patriis æquos juvenes, Æ. IX, 674.

Abigo : abegit socios, Cu. 124. — abactæ noctis, Æ. VIII, 407.

Abjicio : abjicit contemta, Mo. 95. — abjectum super, Æ. X, 736.

Abitum pararet, Æ. VIII, 214. — omnem coronant, Æ. IX, 380.

Abjungo : abjungens juvencum, G. III, 518.

Abjuro : abjuratæ rapinæ, Æ. VIII, 263.

Abluo : abluam vulnera, Æ. IV, 684. — abluero me flumine, Æ. II, 720. — abluta cæde, Æ. IX, 818.

Abnego : abnegat adhibere manus, G. III, 456. — vitam producere, Æ. II, 637. — abnegat, Æ. II, 654. — conjugium, Æ. VII, 424.

Abnuo : abnuit omen, Æ. V, 531. — quis talia demens abnuat? Æ. IV, 108. — abnueram concurrere Italiam Teucris, Æ. X, 8.

Aboleo : abolere undis viscera, G. III, 560. — Sychæum, Æ. I, 720. — monumenta, Æ. IV, 497. — aboleri armis dedecus, Æ. XI, 789.

Abolesco : abolescet gratia facti, Æ. VII, 232.

Abripio : abreptum corpus, Æ. IV, 600. — abreptas naves, Æ. I, 108.

Abrumpo : abrumpit somnos, G. III, 530. — fas, Æ. III, 55. — sermonem, Æ. IV, 388. — abrumpunt vincula ripis, Æ. IX, 118. — abrumpere lucem, Æ. IV, 631. — vitam, Æ. VIII, 579; IX, 497. — in abruptum sorbet fluctus, Æ. III, 422. — fertur, Æ. XII, 687. — abrupto sidere, Æ. XII, 451. — abruptas arces, Cir. 465. — abruptis procellis, G. III, 259. — nubibus, Æ. III, 199. — vinclis, Æ. XI, 492.

Abscessu : Rutulûm stupet, Æ. X, 445.

Abscindo : abscidit latus Hesperium Siculo, Æ. III, 418. — abscindere humeris vestem, Æ. V, 685. — abscindens plantas de corpore, G. II, 23. — abscissa comas, Æ. IV, 590. — abscissa capita, Æ. XII, 511.

Abscondo : abscondimus protenus arces, Æ. III, 291. — abscondere foveis, G. III, 558. — furto fugam, Æ. IV, 337. — abscondantur Atlantides, G. I, 221.

Absisto : absistit prius, Æ. I, 192. — limine custos, Æ. VII, 610. — absistunt scintillæ ab ore, Æ. XII, 102. — absistam detexere munus, Cir. 9. — absistamus, ait, Æ. IX, 355. — absiste moveri, Æ. VI, 399; XI, 408. — absiste, Æ. VIII, 39. — absiste indubitare viribus, Æ. VIII, 403. — morari, Æ. XII, 666. — absistite luco, Æ. VI, 259. — absistere ferro, Æ. XI, 307.

Abstineo : abstinuit tamen, Æ. II, 534. — abstinuit tactu, Æ. VII, 618.

Abstraho : abstractæ boves, Æ. VIII, 263.

Abstrudo : abstrusum ignem, G. I, 135. — abstrusa in venis semina, Æ. VI, 7.

Absum : abest quot annos ab, etc., G. III, 48. — unus, Æ. I, 584. — Æneas ignarus, Æ. X, 25, 85. — illinc, Cu. 407. — absunt tigres, G. II, 151. — somni, G. II, 471. — inter se passibus longis, Æ. XI, 907. abfuit deus dextræ, Æ. VII, 498. — abero nusquam, Æ. II, 620. — aberit usquam Teucris, Æ. VI, 91. — abesto timor, Æ. XI, 14. — absit, ignarus, Æ. X, 85. — absint lappæ tribulique, G. III, 385. — absint a stabulis, G. IV, 13. — abessem crudelis te posita, Æ. IV, 681. — abesset luctamen remis, Æ. VIII, 89. — abesse defessum pulvere, Cop. 5. — afore nihil credunt, Æ. VIII, 147. — absens absentem audit, Æ. IV, 83. — sequar, Æ. IV, 384. — jungeret hospitio, Æ. IX, 361. — absenti Æneæ, Æ. VII, 280. — ferat inferias, Æ. IX, 215. — absentem amicum, Æ. IX, 389. — illum poscit, Æ. X, 661. — in absentes sævit, Æ. IX, 63.

Absumo : absumit leto animam, Æ. III, 654. — absumsere membra malis, G. III, 268. — absumite me ferro, Æ. IX, 494. — absumere malis mensas, Æ. III, 257. — ferro socios, Æ. IV, 601. — absumta salus, Æ. I, 555. — absumtæ in Teucros vires, Æ. VII, 301.

Abundo : abundabat liquor flui-

dus, G. III, 484. — abundet requie, Cu. 91. — abundare apibus, G. IV, 140. — abundans lactis, E. II, 20. — amnis, G. I, 115. — Amasenus, Æ. XI, 547.

Abunde est terrorum, Æ. VII, 552.

Acalanthida resonant dumi, G. III, 338.

Acanthus mollis, E. III, 45. — ridens, E. IV, 20. — hic crescit, Cu. 397. — acanthi semper frondentis baccas, G. II, 119. — flexi vimen, G. IV, 123. — acanthi mollis comam, G. IV, 137. — acantho croceo circumtextum velamen, Æ. I, 649. — croceo pictum velamen, Æ. I, 711.

Accedo : accedimus urbem, Æ. III, 293. — accessi, Æ. VIII, 165. — accestis (accessistis) Scyllæam rabiem, Æ. I, 201. — accessit Venus, Æ. XII, 787. — accesseris urbem, Æ. III, 441. — accesserit oras vento, Æ. I, 307. — æstas, G. III, 190. — accedet portus, Æ. V, 813. — accede domos Ditis, Æ. V, 732. — accedere naturæ partes, G. II, 483. — videt Anthea, Æ. I, 509. — propius, Æ. X, 712.

Accelero : accelerat simul Æneas, Æ. V, 675. — accelerant Volsci, Æ. IX, 505. — acceleremus, Æ. VI, 630, IX, 221. — accelera, Æ. XII, 157.

Accendo : accendit Vesper lumina, G. I, 251. — nulla gloria, Æ. IV, 232. — bello animos, Æ. VII, 482. — quos Mezentius, Æ. VIII, 501. — virtutem prece, Æ. X, 368. animos in hostem, Æ. XII, 426. — imago pugnæ, Æ. XII, 560. — quibus tædas, Cu. 245. — incendi victor acervos, Æ. VIII, 562. — accendam animos amore, Æ. VII, 550. — accendet pinus odores, Cir. 439. — accenderit sol æstus, G. IV, 401. — quæ caussa ignem, Æ. V, 4. — accendere cedrum stabulis, G. III, 414. — Martem cantu, Æ. VI, 165. — bellum, Æ. XII, 804. — accensa est spes duobus, Æ. V, 183. — accensus rumore, Æ. IV, 203. — furiis, Æ. XII, 946. — accensa super his (Juno) profatur, Æ. I, 29. — Æ. IV, 364. — furore, Æ. IV, 697. — comas, accensa coronam, Æ. VII, 75. — dolore, Æ. XI, 709. — luctu phalanx, Æ. XII, 277. — accenso Turno, Æ. XII, 9. — accensi talibus firmantur, Æ. IX, 788. — accensos monitu Arcadas, Æ. X, 397. — circum rogos, Æ. XI, 188. — accensas pectore matres, Æ. VII, 392.

Accessum omnem lustrans, Æ. VIII, 229. — ab accessu ventorum, Æ. III, 570.

Accido : accidit hæc fortuna Latinis, Æ. XII, 593.

Accido : accisam ferro ornum, Æ. II, 627. — accisis dapibus, Æ. VII, 125.

Accingo : accingunt se prædæ, Æ. I, 210. — omnes operi, Æ. II, 235. — accinxerat lateri ensem, Æ. XI, 489. — accinge te pugnæ, Æ. XI, 707. — accingor hinc rursus ferro, Æ. II, 671. — accingitur armis, Æ. VI, 184. — ense, Æ. VII, 640. — facibus, Æ. IX, 74. — accingar dicere pugnas, G. III, 46. — accingier invitam artes magicas, Æ. IV, 493. — accincta ferro vocat agmen, Æ. II, 614. — ultrix Tisiphone, Æ. VI, 570. — alios labores, Cir. 6.

Accipio te vectum per æquora, Æ. VI, 693. — te libens, Æ. VIII, 155. te pectore, Æ. IX, 277. — gemitum cadentum, Æ. X, 675. — deos, Æ. XII, 260. — accipis non, Cir. 415. — accipit ulmus formam, G. I, 170. — quietum animum, Æ. I, 304. — portu fessos, Æ. III, 79. — me portus, Æ. III, 708. — noctem oculis, Æ. IV, 531. — nunc hos nunc illos, Æ. VI, 315. — alveo Ænean, Æ. VI, 412. — illum regia solio, Æ. VII, 211. — Ænean toro, Æ. VIII,

178. — cui cervix crines, Æ. X, 138. — ensem, Æ. X, 907. — accipimus hunc genitum Fauno, Æ. VII, 48. accipiunt te sulci, G. I, 216. — formam tiliæ, G. II, 450. — onera, G. IV, 167. — auras follibus, G. IV, 172. — naves imbrem, Æ. I, 123. — onera venientum, Æ. I, 434. — portis socios, Æ. II, 267. — me litora, Æ. III, 210. — vim plumis, Æ. III, 243. — vocati galeam, Æ. V, 472. — auras follibus, Æ. VIII, 450 — accipiebat illos in porticibus, Æ. III, 353. — accepit illum unda sinu, G. IV, 362. — vulnera circum muros, Æ. II, 279. — prima ovantes, Æ. III, 544. — galea sortem, Æ. V, 491. — hinc Roma, Æ. V, 601. — paludem cymba, Æ. VI, 414. — flammam, Æ. VIII, 389. — trepidos Iulus, Æ. IX, 233. — venientem cum gurgite, suo, Æ. IX, 817. — vocem matris, Æ. XII, 64. — illam thalamus, Cir. 512. — accepere postquam cladem, Æ. XII, 604. — accipies hunc olim cælo, Æ. I, 290. — accipiet Deum vitam, E. IV, 15. — Consulis imperium, Æ. VI, 820. — te gremio, Æ. I, 685. — vos ubere, Æ. III, 96. — invisam ratibus, Æ. IV, 541. — accipient præmia primi, Æ. V, 309. — accipe nostram mentem, Æ. I, 676. — insidias Danaum, Æ. II, 65. — et hæc, Æ. III, 486. — quæ peragenda, Æ. VI, 136. — tuam, Æ. XI, 559. — dona, Cir. 46. — accipite ergo dicta, Æ. III, 250; X, 104. — hæc, Æ. IV, 611. — hanc animam, Æ. IV, 652. — hæc animis, Æ. V, 304. — Ænean, Æ. VIII, 73. — accipiat te orbis, G. I, 28. — me Musæ, G. II, 477. — acceperit regendam Albam, Æ. VI, 770. — ultro Ænean, Æ. XI, 471. — non ante Ænean, Æ. XII, 612. — accipere me possunt, Æ. II, 70. — falces, Æ. VII, 173. — Tarquinium jubebat, Æ. VIII, 647. — orantes mœnibus, Æ. XI, 885. — frenum, Æ. XII, 568. — accepisse lacu Alciden, Æ. VI, 393. — accipiens sonitum stupet, Æ. XII, 308. — accepta Dis et mensis (vitis), G. II, 101. — accepta munera, Cir. 219. — sæclis carmina, Cat. XI, 15.

Accipiter sacer ales, Æ. XI, 721.

Accio : acciri Ænean exposcunt, Æ. IX, 192. — accitos imperio primos, Æ. XI, 235.

Accitu genitoris ire parat, Æ. I, 677.

Acclinis trunco, Æ. X, 835.

Acclive tumulis solum, G. II, 276.

Accola Vulturni, Æ. VII, 729.

Accolo : accolit Nilum gens, G. IV, 288. — accolet saxum Capitoli, Æ. IX, 449.

Accommodo : accommodat ensem lateri, Æ. II, 393.

Accommodus : accommoda fraudi valles, Æ. XI, 522.

Accubo : accubat juxta, Æ. VI, 606. — accubet nemus umbra, G. III, 334.

Accumbo : accumbere epulis Divum, Æ. I, 79.

Accumulo : accumulem donis animam, Æ. VI, 886.

Accurro : accurrit Acestes, Æ. V, 451. — Halesus, Æ. X, 352.

Acer rusticus, G. II, 405. — equis, G. III, 8. — Romanus, G. III, 346. — Gelonus, G. III, 461. — metus, Æ. I, 362; III, 682. — puer, Æ. V, 254. — Eryx, Æ. V, 402. — Mnestheus, Æ. V, 507. — equo, Æ. V, 668. — Coras, Æ. VII, 672. — Romulus, Æ. VIII, 342. — Serestus, Æ. IX, 171, 779; XII, 549. — anhelitus, Æ. IX, 814. — rapit aciem, Æ. X, 308. — bellis Halæsus, Æ. X, 411. — Lucagus, Æ. X, 577. — Mezentius, Æ. X, 897. — Messapus, Æ. XI, 518. — Aconteus, Æ. XI, 612. — Atinas, Æ. XI, 869; XII, 661. — nititur, Æ. XII, 783. — et arduus hasta, Æ. XII, 789. — Æneas, Æ. XII, 938. — juvenis, Cu. 301. —

uterque, Cu. 316. — spiritus, Mo. 106. — *acre* genus virum, G. II, 167. — genus luporum, G. III, 264. — *acris* Oronti, Æ. I, 220. — equi, Æ. I, 444. — *acrem* Molossum, G. III, 405. — flammæ sonitum, G. IV, 409. — Turnum, Æ. VIII, 614. — *acri* fuga, G. III, 141. Lycurgo, Æ. III, 14. — equo, Æ. IV, 156. — remige, Æ. V, 116. — dolore, Æ. VII, 291; IX, 709. — viro, Æ. VIII, 441. — amore, Æ. XII, 392. — morsu, Mo. 84. — *acres* arcus, Æ. VII, 164; IX, 665. — apros, E. X, 56. — equos, Æ. VIII, 3. — stimulos, Æ. IX, 718. — viros, Æ. XI, 48. — animos, Æ. XI, 800. — *acribus* oculis, Æ. XII, 102. — *acrior* potentia, G. I, 93. — instat, G. III, 154. — Cu. 173. — cura, G. III, 538. — successu Mnestheus, Æ. V, 210. — idem hoc librabat telum, Æ. IX, 416. — redit, Æ. V, 454. — acrius incumbent, G. IV, 248. — hoc incumbere, Æ. IX, 791. — *acerrimus* Ajax, Æ. II, 414. — armis Nisus, Æ. IX, 176. — armis ipse, Æ. XII, 226.

Acerbo : acerbat formidine crimen, Æ. XI, 407.

Acerbus dolor, Cu. 243. — acerba pestis, G. III, 419. — acerbum vulnus, Æ. XI, 823. — acerbi quidquid est, Æ. XII, 678. — acerbum semper habebo (diem), Æ. V, 49. — acerbo casu, Æ. V, 700. — funere, Æ. VI, 429; XI, 28. — acerbas vices, Cu. 209. — acerba sonans, G. III, 149. — tuens, Æ. IX, 794. — fremens, Æ. XII, 398. — tot expediat, Æ. XII, 500. — fremunt, Cu. 324. — acerbis animis, Æ. V, 462. — fatis, Æ. XI, 587.

Acerno solio, Æ. VIII, 178. — acernis trabibus, Æ. II, 112; IX, 87.

Acerra plena veneratur Larem, Æ. V, 745.

Acervus pauper frumenti, Mo. 16. — acervum magnum spectabis, G. I, 158. — ingentem farris populat, G. I, 185; Æ. IV, 402. — stragis super, Æ. VI, 504. — ingentem cædis cremant, Æ. XI, 207. — acervo pascitur pineus ardor, Æ. XI, 786. acervos scutorum accendi, Æ VIII, 562. — ingentes cædis spectabit, Æ. X, 245. — ingentes Rutulorum linquis, Æ. X, 509. — tot stragis dedit, Æ. XI, 384. — acervis numeros impressit, G. I, 263.

Aceti exigui vires, Mo. 113.

Acidis sorbis, G. III, 380.

Acies obtusa stellis, G. I, 395. — ferri stricta, Æ. II, 333. — una juvenum, Æ. V, 563. — Etrusca, Æ. VIII, 504. — una horrida Vulcania, Æ. X, 408. — prima, Æ. X, 125. — *aciem* sanguineam volvens, Æ. IV, 643; VII, 399. — strictam offert, Æ. VI, 291. — primam stravi, Æ. VIII, 561. — struere, Æ. IX, 42. — opposuere, Æ. IX, 469. — tectam perrumpere, Æ. IX, 513. — ante primam, Æ. VII, 531, 673; Æ. IX, 595. — totam rapit, Æ. X, 309. — Iliacam petivit, Æ. X, 635. — movebat, Æ. XI, 446. — ferri tangeret, Æ. XI, 862. — sustentant, Æ. XII, 662. — sub ipsa, Æ. XII, 812. *acie* falcis tentanda, G. II, 365. — revocaveris ductores, G. IV, 88. — certare, Æ. II, 30. — servare quantum possent oculi, Æ. VI, 200. — densos, Æ. X, 178. — instructos Teucros, Æ. XI, 449. — Volscorum comitante, Æ. XI, 498. — prima ruentem, Æ. XII, 305. — ex media, Cir. 264. — ex acie pastorum, Æ. VII, 574. — *acies* directæ, G. II, 281. — Graiæ, Æ. II, 599. — Sacranæ, Æ. VII, 796. — Latinæ, aciesque Trojanæ, Æ. X, 360. — Tyrrhenæ, Æ. X, 691. — turbatæ, Æ. XI, 618. — quemque secutæ, Æ. VII, 643. — conversæ ruunt, Æ. XII, 369. — totæ conversæ, Æ. XII, 548. — amborum arrectæ, Æ. XII, 731. — acies Romanas concurrere,

G. I, 490. — per medias, G. IV, 82; Æ. VII, 296. — Eoas agnovit, Æ. I, 489. — dicam, Æ. VII, 42. — geminas huc flecte, Æ. VI, 789. — quantas ciebunt, Æ. VI, 830. — Tyrrhenas sterne, Æ. VII, 426. — direxere, Æ. VII, 523. — Fescenninas hi habent, Æ. VII, 695. — æratas misceri putet, Æ. VII, 703. — poscant, Æ. VIII, 540. — primas coercent, Æ. IX, 27. — æratas cogit, Æ. IX, 463. — Latinas adstare (vidit), Æ. IX, 550. — Ausonias videbat, Æ. IX, 639. — pedestres inferre, Æ. X, 364. — addensent, extremi, Æ. X, 432. — instaurant, Æ. X, 543. — ante primas, Æ. X, 643. — totas implicuere, Æ. XI, 632. — Volscorum deletas, Æ. XI, 898. — ambas Laurentum Troumque adspectabat, Æ. XII, 137. — in medias, Æ. XII, 224, 227. — huc atque huc circumtulit, Æ. XII, 558. — Rutulas prospicit, Æ. XII, 597. — Iliacas videt, Æ. XII, 861.

Aclides teretes, Æ. VII, 730.

Aconita fallunt legentes, G. II, 152.

Acquiro: acquirit vires eundo, Æ. IV, 175.

Acta: in acta sola flebant, Æ. V, 613.

Acta vitæ vindicat, Cu. 275.

Actu magno fertur, Æ. XII, 687.

Actutum reddet cetera, Æ. IX, 255.

Acumen: per acumina monet, Cu. 182.

Acuo: acuit quam his verbis, Æ. VII, 330. — Martem, Æ. XII, 108. — acuunt agni lupos, G. IV, 435. — rumoribus iras, Æ. IX, 464. — stridoribus iras, Æ. XII, 590. — metum mortalibus, Æ. XII, 850. — acuebat superis iras, Cir. 138. — acuant ferrum in me, Æ. VIII, 386. — acuisse furores satis, Æ. VII, 406. — acuens corda curis, G. I, 123.

Acutus: acuta silex, Æ. VIII, 233. — acuto ferro, G. I, 292; II, 450; Æ. X, 479. — robore, G. II, 25. — hinnitu, G. III, 94. — scopulo, Æ. I, 45, 144. — telo, Æ. III, 635. — in murice, Æ. V, 205. — jaculo, Æ. XI, 574. — acuta carice, G. III, 231. — cuspide, Æ. V, 208. — acutos, ungues, Cir. 507. — acutas voces, Cir. 107. — acutis spinis, E. V, 39. — jaculis, Æ. III, 46; X, 868.

Ad æquora, Æ. III, 662. — æthera, Æ. II, 338; III, 462 et alibi. — altaria, Æ. II, 550. — amnem, Æ. VI, 318; VIII, 236. — aquam, E. IX, 9. — aram, G. II, 395; III, 486 et al. — aras, G. II, 193; Æ. II, 202 et al. — aratra, G. III, 50. — arces, Æ. XI, 477. — Arctos, Æ. VI, 16. — Argos, Æ. II, 95. — arma, Æ. XII, 739. — astra, E. V, 51, 52, Æ. IX, 76, 641. — atria, Æ. IV, 665. — auras, E. I, 57; G. I, 408; II, 291 et alibi. — aurem, Æ. V, 547. — aures, E. III, 73; Æ. II, 731; VII, 166. — auxilium, Æ. VIII, 472. — bella, G. III, 179. — bellum, Æ. XI, 535. — cantus, Æ. VIII, 285. — capita, G. II, 355. — Capitolia, Æ. VI, 837. — caput adstitit, G. IV, 319. — caulas, Æ. IX, 60. — certamen, Æ. XII, 116. — cineres, Æ. V, 55. — classem, Æ. V, 607. — cælum, G. II, 81, 309; Æ. II, 405. — conspectum, Æ. VI, 108. — convexa, Æ. VI, 241. — corpora, Æ. IX, 454. — costas, Æ. XI, 817. — culmina, Æ. II, 478. — culpam, G. II, 455. — currum, Æ. XII, 372. — cursum hunc, Æ. V, 834. — delicias nostras, E. IX, 22. — delubra, G. III, 23; IV, 541. — delubra summa, Æ. II, 225. — diem medium, G. III, 303. — digitos, G. II, 250. — divortia, Æ. IX, 379. — donaria, G. III, 533. — Euphratem, G. IV, 560. — fagos, E. III, 12. — fastigia, Æ. II, 458; VIII, 491; IX, 408, 568. — fata, Æ. IV, 678. —

G. III, 257, 455. — vulnus, Æ. IX, 578. — Zephyrum, G. III, 134.

Adamante solido columnæ, Æ. VI, 552.

Ad. vide *Acc.*

Addenseo : addensent acies extremi, Æ. X, 432.

Addico : addixi me huic, Æ. III, 653. — patriam hostibus, Cir. 420.

Addo : addit se sociam, E. VI, 20. — equos additque duces, Æ. III, 470. — honores ductoribus, Æ. V, 249. — frena feris, Æ. V, 817. — hæc mirantibus, Æ. VI, 855. — illum altaribus numero divorum, Æ. VII, 211. — Tartareas sedes, Æ VIII, 666. — Halym comitem, Æ. IX, 765. — equos, Æ. IX, 80. — hæc insuper verbis, Æ. XI, 107. — his Amastrum, Æ. XI, 673. — hæc insuper, Æ. XII, 358. — addunt in spatia quadrigæ, G. I, 513. — fenestras, G. IV, 297. — decus ebori, Æ. I, 592. — se socios, Æ. II, 339. — mentibus ardorem, Æ. IX, 184. — addidit serpentibus virus, G. I, 129. — Jupiter naturas apibus, G. IV, 150. — hæc insuper ore, Æ. II, 593. — arcem jugis, Æ. III, 336. — timor alas pedibus, Æ. VIII, 224. — comitem Ascanio, Æ. IX, 649. — animum Latinis, Æ. IX, 718. — hæc gemitu, Æ. XI, 95. — alas, Æ. XII, 848. — addiderat sese socium, Æ. VI. 170. — Romam et Sabinas, Æ. VIII, 637. — addiderant radios, Æ. VIII, 430. — addam urbes Asiæ, G. III, 30. — te ductorem his, Æ. VIII, 496. — addet sese comitem avo, Æ. VI, 778. — addent Pometios, Æ. VI, 775. — adde tot urbes, G. II, 155. — addas te sidus mensibus, G. I, 32. — addant se socios Etrusci, Æ. IX, 149. — addere licia telæ, G. I, 286. — honorem rebus angustis, G. III, 290. — vim victis, Æ. II, 452. — Trojæ te tuosque, Æ. II, 660. — moras, Æ. VII, 315. — addens operi noctes, Æ. VIII, 411. — additur cui cognomen Iulo, Æ. I, 268. — sacerdos tumulo, Æ. V, 761. — Typho, Cir. 32. — additus labor, frumentis, G. I, 150. — furor, animis, Æ. II, 355. — comes, Æ. VI, 528. — addita Juno, Æ. VI, 90. — addite divis decus, salve, Æ. VIII, 301. — addita Lucrino claustra, G. II, 161.

Adduco : adduxerat sitis artus, G. III, 483. — adductus fatis, Æ. X, 380. — adducto arcu, Æ. V, 507. — lacerto, Æ. IX, 402. — adducta habena, Æ. IX, 587. — sagitta, Æ. IX, 632. — adductis habenis, Æ. XII, 622. — nodis, Cir. 450. — lacertis, Æ. V, 141.

Adedo : adedit favos stellio, G. IV, 242. — adeso sale, Mo. 97. — adesis postibus, Æ. IX, 537.

Adeo : usque adeo, E. I, 12. — nec sum adeo informis, E. II, 25. — teque adeo Consule, E. IV, 11. — multum adeo, G. I, 94. — tuque adeo, G. I, 24. — multa adeo melius se dedere, G. I, 287. — adeo multum est, G. II, 272. — ver adeo frondi utile, G. II, 323. — usque adeo obnixi, G. IV, 84. — adeo obtusa pectora, Æ. I, 567. — tres adeo soles erramus, Æ. III, 203. — nec me adeo fallit, Æ. IV, 96. — sic adeo insistat, Æ. IV, 533. — jamque adeo ibant, Æ. V, 268. — jamque adeo subibat, Æ. V, 864. — vix adeo agnovit, Æ. VI, 498. — hæc adeo me jussit, Æ. VII, 427. — quinque adeo urbes, Æ. VII, 629. — jamque adeo exierat, Æ. VIII, 585. — nunc adeo corpora procurate, Æ. IX, 156. — hæc adeo speranda fuerunt, Æ. XI, 275. — nunc adeo expediam, Æ. XI, 314. — adeo cordi est, Æ. XI, 369. — non adeo fugit victoria, Æ. XI, 436. — jamque adeo horrebat, Æ. XI, 487. — adeo totæ acies conversæ, Æ. XII, 548. — usque adeo miserum mori, Æ. XII, 646. — vosque adeo,

puellæ, Cir. 198. — adeo devinctus erat, Cir. 206. — has adeo voces volvebat, Cir. 400. — vos adeo testabor, Cir. 407. — jamque adeo cernit, Cir. 468.

Adeo : adit oppida pastor, G. III. 402. — oracula, Æ. VII, 82. — lætus penates, Æ. VIII, 644. — regem, Æ. X, 149. — adeunt delubra, Æ. IV, 56. — adibam fama sidera, Æ. IV, 322. — adisti advena mensas, Æ. X, 460. — adiit advena mensas, Æ. X, 517. — manes, G. IV, 469. — adeas vatem, Æ. III, 456. — adeat quisquam, Æ. XII, 761. — adirem limina, Æ. VI, 115. adires domos tristes, Æ. VI, 534. — adiret speculator castra, Æ. XII, 349. — adi dexter sacra, Æ. VIII, 302. — adire domus, G. IV, 446. — labores, Æ. I, 10. — virum, Æ. V, 379. — ipsum, Æ. XI, 636. — vices acerbas, Cu. 210. — lacus cogor, Cu. 372. — flumina, Cat. XI, 52. humili Camœna, Cat. XI, 61. — sales Graios carmine, Cat. XI, 62.

Adf. vide *Aff.*

Adg. vide *Agg.*

Adhæreo : adhæsit sudor ovibus, G. III, 443.

Adhibeo : adhibe socios castris, Æ. VIII, 56. — adhibite Penates epulis, Æ. V, 62. — animos Æ. XI, 315. — adhibere manus ad vulnera, G. III, 455.

Adhuc, E. IX, 35, etc. — neque adhuc, Æ. I, 547, etc.

Adigo : adegit præcipitem turbine Æ. VI, 594. — me tendere limina, Æ. VI, 696. — vertere morsus in Cererem, Æ. VII, 113. — vos Italiam deus, Æ. IX, 601. — adigat me fulmine ad umbras, Æ. IV, 25. — adactus viribus ensis, Æ. IX, 431. adacta turbine sagitta, Æ. XII, 320. — adactum alte vulnus, Æ. X, 850. — adacti ad litus, Æ. XI, 261.

. *Adjicio :* adjiciunt super omnia speluncam, Æ. VIII, 304. — ter centum, Æ. X, 182. — adjiciam ritus sacrorum, Æ. XII, 837. — adjicias unum donis, Æ. XI, 354. — adjicitur caseus, Mo. 98.

Adimo : adimit somnos, Æ. IV, 244. — adimunt fetus crescenti, G. II, 56. — ademit te mihi, Cir. 313. ademta est pars, Æ. IX, 131. — est conditio mortis, Æ. XII, 879. — ademtum cui lumen, Æ. III, 658. — ademtis regnis, Æ. VIII, 320.

Aditus sit ventis, G. IV, 9. — aditum occupat, Æ. VI, 424. — per avia quærit, Æ. IX, 58. — quærunt, Æ. IX, 507. — aditus centum quo ducunt, Æ. VI, 43. — maligni, Æ. XI, 525. — aditus angustos habeant alvearia, G. IV, 35. — rumpunt, Æ. II, 494. — sese tentaturum, Æ. IV, 293. — molles viri noras, Æ. IV, 423. — nunc hos nunc illos pererrat, Æ. V, 441. — tentet, Æ. IX, 67. — patentes videre, Æ. IX, 683. — urbis firment, Æ. XI, 466. — aditus hos, jamque hos aditus pererrat, Æ. XI, 766. — defendentum, Æ. XI, 886.

Adjungo : adjungit his, etc., E. VI, 43. — his aliud, Æ. XII, 244. — se sociam alumnæ, Cir. 381. — ulmis vites, G. I, 2. — adjungam tibi Pallanta, Æ. VIII, 515. — adjungere sibi nos voluere, Æ. VII, 238. — se gentes viro, Æ. VIII, 13. — me socium rebus, Æ. IX, 199. — adjungi generum quem properabat, Æ. VII, 57. — adjuncta lateri classis, Æ. IX, 69.

Adjuro caput fontis Stygii, Æ. XII, 816.

Adjuvo : adjuvat Diores, Æ. V, 345. — adjuvet fors ausum, Æ. X, 458.

Adl. vide *All.*

Admiror : admirantur illum, G. IV, 215. — admirans invenio affluxisse, Æ. II, 797. — donum virgæ, Æ. VI, 408. — admiranda spectacula, G. IV, 3.

Admisceo : admiscere saporem gallæ, G. IV, 267. — admisceri stirpem Phrygiam, Æ. VII, 579. — admistos fontes, Mo. 45.

Admitto : admittier confestim orant, Æ. IX, 231. — admissi revisunt stagna, Æ. VI, 330.

Admoneo : admonet me, IV, 353. — omnes Phlegyas, Æ. VI, 619. — quæ sit fiducia, Æ. X, 153. — ira Deûm, Æ. XI, 233. — admonuit, E. VI, 4. — vesper decedere campis, G. IV, 187. — comes, Æ. VI, 538. — matrem depellere tædas, Æ. IX, 109. — bijugos telo, Æ. X, 587. — admoneat comes, Æ. VI, 293.

Admordeo : admorso in stirpe, G. II, 379.

Admoveo : admovet his lucernam, Mo. 10. — necdum labra admovi, E. III, 43. — admovit pecus aris, Æ. XII, 171. — admorunt ubera tigres, Æ. IV, 367. — admoverit ventus te oræ, Æ. III, 410.

Adn. vide *Ann.*

Adoleo : adolet altaria tædis, Æ. VII, 71. — adolemus honores Junoni, Æ. III, 547. — adole verbenas, E. VIII, 65. — adolere flammis Penates, Æ. I, 704.

Adolesco : adolescit ætas frondibus, G. II, 362. — adolescunt aræ ignibus, G. IV, 379. — adoleverit ætas, Æ. XII, 438. — adultos fetus, G. IV, 162; Æ. I, 431.

Adoperio : adopertus amictu, Æ, III, 405.

Adorea liba, Æ. VII, 109.

Adorior : adorta nefas evolat, Æ. VII, 386. — adorti hi deducere dominam, Æ. VI, 397.

Adoro vos Turnus volens, Æ. X, X, 677. — adorat numen, Æ. II, 700. — adora numen prece, Æ. III, 437. — adoret Cererem pubes, G. I, 343. — quisquam numen, Æ. I, 48; III, 437.

Adp. vide *App.*

Adqu. vide *Acqu.*

Adr. vide *Arr.*

Adscendo : adscendebant collem, Æ. I, 419. — adscendere (adscenderunt) cubile, Æ. XII, 144. — adscendat Ciris honores, Cir. 205. — adscendisset in urbem, Æ. II, 192. — adscendere scalis muros, Æ. IX, 507. — collem ausa est, Cir. 8. — muros redit, Cir. 172.

Adscensu supero fastigia, Æ. II, 303.

Adscio : adscire socios, Æ. XII, 38.

Adsciseo : adsciverit generum Ænean, Æ. XI, 472; XII, 613. — adscitis in armis, Æ. XI, 308.

Adscribo nomen, Cat. V, 34.

Adsensu nemorum ingeminata vox, G. III, 45. — rauco conspirant cornua, Æ. VII, 615. — vario fremebant cœlicolæ, Æ. X, 97.

Adsentio : adsensere omnes, Æ. II, 130.

Adservo : adservabant prædam, Æ. II, 763.

Adsideo : adsidet muros, Æ. XI, 304. — hac juvenis, Cu. 300. — Atrides, Cu. 334. — mœnibus, Cir. 268.

Adsidue venire, E. II, 4. — illudunt, G. II, 374. — frangunt silvas, G. II, 441. — cinctum nubibus caput, Æ. IV, 248. — ducunt bellum, Æ. VIII, 55.

Adsiduus : adsiduum ver, G. II, 149. — adsiduæ curæ memor, Cu. 397. — adsiduo sale, Æ. V, 866. — cantu, Æ. VII, 12. — venatu, Æ. IX, 245. — tinnitu, Æ. IX, 808. — adsidua fuligine, E. VII, 50. — adsiduas luces, Cir. 417. — adsiduis rastris, G. I, 155. — vocibus, Æ. IV, 447. — gyris, Mo. 26.

Adsigno : adsignant numina, Cir. 304.

Adsimilis cadenti silex, Æ. VI, 603.

Adsimulo : adsimulat clipeum jubasque, Æ. X, 639. — adsimulata formam Camerti, Æ. XII, 224.

Adsisto : adsistit molæ, Mor. 19. — adsistunt contra certamina, Æ. XII, 790. — adsistens super quem Turnus, Æ. X, 490.

Adspargine salsa spumant cautes, Æ. III, 534.

Adspectus urbis detinet te Æ. IV, 348. — adspectu primo obstupuit, Æ. I, 613. — conterritus, Æ. III, 597. — amens, Æ. IV, 279. — nostro te subtrahe, Æ. VI, 465. — subito territus, Æ. XI, 699. — torvo micant lumina, Cu. 171. — adspectus mortales reliquit, Æ. IX, 657.

Adspecto : adspectat desuper arces, Æ. I, 420. — arduus castra, Æ. X, 4. — Rutulos, Æ. XII, 915. — adspectabat campum, Æ. XII, 136. — adspectabant flentes pontum, Æ. V, 615. — adspectans stabula, G. III, 228. — silvam, Æ. VI, 186. — supera convexa, Æ. X, 251.

Adspergo : adsperge huc sapores, G. IV, 62. — adsperge virus pecori, G. III, 419.

Adspernor : adspernabere curam lentis, G. I, 228. — adspernata (Luna) vocantem, G. III, 393. — haud adspernanda precantes, Æ. XI, 106.

Adspicio Daphnin, E. VII, 8. — Tyndarida, Æ. II, 569. — hunc ego te, Æ. IX, 481. — adspicis hæc, Æ. IV, 208. — adspicit hæc oculis æquis, Æ. IV, 372. — sol Oceanum, Æ. VII, 101. — hæc oculis, Æ. IX, 209. — cœlum, Æ. X, 782. — urbem, Æ. XII, 558. — adspicimus te defessi, Æ. II, 285. — adspiciunt monstrum subitum, G. IV, 555. — collapsam ferro, Æ. IV, 664. — quæ adspiciebat sol, Æ. VII, 218. — adspexit capulum, Æ. XII, 734. — procul residere luco, Cu. 108. — adspiciam ego sedes Myrmidonum, Æ. II, 786. — adspicies prius ubi liqueris, Æ. II, 596. — vatem, Æ. III, 443. — sic demum regna, Æ. VI, 155. — tu aquas Stygias, Æ. VI, 375. — vulneribus pulsum. Æ. Æ. XI, 56. — adspiciet hæc Spartam, Æ. II, 578. — adspice mundum terrasque, E. IV, 50. — ut lætentur, E. IV, 52; V, 6 — orbem, G. II, 114. — hanc partem, G. IV, 2. — cycnos, Æ. I, 393. — propius res, Æ. I, 526. — adspice, Æ. II, 604; X, 481. — Cat. XII, 1. — nos, Æ. II, 690. — quantas ostentant vires, Æ. VI, 771. — hanc gentem, Æ. VI, 789. — Decios Drusosque, Æ. VI, 826. — ut ingreditur, Æ. VI, 856. — primum rupem, Æ. VIII, 190. — qui coeant populi, Æ. VIII, 385. — illum contra, Æ. XI, 374. — oculis pugnam, Æ. XII, 151. — adspiceres illum similem indignanti, Æ. VIII, 650. — adspiceret dedecus, Æ. XII, 642. — adspiciens timor, Cu. 198. — Ephialten procul, Cu. 234.

Adspiro : adspirat labori fortuna, Æ. II, 385. — ventos eunti, Æ. V, 607. — dictis amorem, Æ. VIII, 373. — equis Achillis, Æ. XII, 352. adspirant auræ in noctem, Æ. VII, 8. — adspirate canenti, Æ. IX, 525. — labori, Cir. 99. — adspirem laudes, Cat. XI, 61. — adspirans complectitur illum amaracus, Æ. I, 694. — Auster, Æ. V, 764.

Adsto arrectis auribus, Æ. II, 303; I, 152. — adstat juxta genitorem, Æ. VII, 72. — adstant intus pro turribus, Æ. IX, 677. — portis alii, Æ. XII, 133. — adstabat donum pugnæ, Æ. V, 478. — ædibus, Æ. XII, 93. — adstabant vestibulo effigies, Æ. VII, 181. — adstitit ad caput, G. IV, 319. — oris Libyæ, Æ. I, 301. — mihi imber supra caput, Æ. III, 194. — supra caput, Æ. IV, 702; V, 10. — tandem super arce, Æ. VI, 17. — adstare ante oculos visi Penates, Æ. III, 150. — sedes relictas, Æ. III, 123. — acies hinc atque hinc vidit, Æ. IX, 550. —

adstans in mœnibus equus, Æ. II, 328. — circum adstantem equitavit, Æ. X, 885. — adstantes nequidquam fratres, Æ. III, 677. — adstantibus squamis, G. III, 545.

Adstringo: adstringit calor venas, G. I, 91. — adstricti anethi fascis, Mor. 59.

Adsuesco: adsuesce vocari votis, G. I, 42. — adsuescite animis bella, Æ. VI, 833. — mensis, Æ. VIII, 174. — adsuescat cernere tua facta, Æ. VIII, 517. — adsuescant contemnere ventos, G. II, 361. — adsuerint colla servitio, G. III, 168. — adsuetus tecto succedere coluber, G. III, 418. — mensæ, Æ. VII, 490. — bellis Opheltes, Æ. IX, 201. — perfundi flumine, Æ. XI, 495. — adsueta exiguo juventus, G. II, 472; Æ. IX, 607. — venatu gens, Æ. VII, 746. — colo manus virgo, Æ. VII, 806. — adsuetum malo, G. II, 168. — imperiis ornabat, Æ. VII, 487. — adsueti silvis, Æ. V, 301. — bello defendere muros, Æ. IX, 511. — adsuetæ ripis volucres, Æ. VII, 33. — adsuetis dat cantum tibia, Æ. IX, 618.

Adsultibus variis urguet, Æ. V, 442.

Patrius amor, Æ. I, 643. — *patrii* Martis, Æ. XI, 374. — *patriæ* sedis, Æ. II, 634. — pietatis, Æ. IX, 294; X, 824. — gentis, Æ. XI, 246. — patriæ [illegible], Æ. X, 371. — *patrium* honorem, Æ. V, 601. — sermonem, Æ. XII, 834. — ad limen, Cir. 216. — ad cubile, Cir. 231. — *patriam* ad urbem, Æ. XI, 127. — *patrium* nemus linquens, G. I, 16. — sidus, Æ. VIII, 681. — *patrio* limine, Æ. II, 620. — ore, Æ. II, 658. — regno, Æ. III, 249; Cir. 428. — marito, Æ. III, 297. — ex adyto, Æ. VII, 269. — sistro, Æ. VIII, 696. — sepulcro, Æ. X, 558. — mucrone, Æ. XII, 736. — carmine, Cat. XI, 62. — *patria* vi, Æ. II, 491. — sede, Æ. VII, 192. — terra, Æ. VI, 508. — terra consistere, Æ. X, 75. — *patrii* dii, G. I, 498; Æ. II, 702; IX, 247. — *patriæ* manus, Æ. VI, 33. — aures, Cir. 355. — *patrios* fines, E. I, 68. — cultus, G. I, 52. — ad Argos, Æ. II, 95. — muros, Æ. II, 279. — vultus, Æ. II, 539. — penates, Æ. II, 717; IV, 598; V, 63; Cat. XI, 36. — deos, Æ. IV, 680. — enses, Æ. VII, 636. — per manes, Æ. X, 524. — muros, Cir. 172. — honores, Cir. 500. — *patrias* Mycenas, Æ. II, 180, 577. — palæstras, Æ. III, 281. — ad aras, Æ. III, 332. — pœnas, Æ. VII, 766. — preces, Æ. VIII, 574. — artes, Æ. XI, 716. — urbes, Æ. XI, 793. — *patriis* virtutibus, E. IV, 17. — carminibus, G. II, 394. — in armis, G. III, 346; Æ. III, 595. — finibus expulsus, Æ. I, 620. — mensis, Æ. IV, 602. — dis, Æ. VII, 229. — imperiis, Æ. VII, 653. — arvis, Æ. VII, 736. — abietibus, Æ. IX, 674. — patriis muris, Æ. IX, 738. — ab oris, Æ. X, 198; XI, 281. — in mœnibus, Æ. XI, 882.

Patruus: patrui limen, Æ. VI, 402. — herniosi pedes, Cat. V, 40.

Patulus: patulæ fagi, E. I, 1. — fagi sub tegmine, E. IV, 566. — frontis, Cir. 497. — quercus sub tegmine, Cat. XI, 17. — *patula* fronte, Cu. 16. — testa, Cir. 369. — *patulos* colles, Cu. 46. — *patulis* naribus, G. I, 376. — puppibus, G. III, 362. — quadris, Æ. VII, 115. — ramis, Cu. 144.

Paucus: pauci adnavimus huc ves-

tris oris, Æ. I, 538. — potuere, Æ. VI, 129. — tenemus arva, Æ. VI, 744. — *pauca* vestigia, E. IV, 31. — carmina, E. X, 2. — erant jugera, G. IV, 127. — carmina, CAT. XI, 13. — vimina, MOR. 61. — *paucos* palantes sequitur, Æ XII, 615. — *pauca* vix subjicio, Æ. III, 313. — tibi e multis dictis expediam, Æ. III, 377. — tandem refert, Æ. IV, 333; VIII, 154. — loquor, Æ. IV, 337. — non pauca refert, Æ. X, 17. — pauca mihi dicite, CAT. XI, 1, 2. — *paucis* relictis vela damus, Æ. III, 190. — docebo, Æ. IV, 116; VIII, 50; XI, 315. — responsum reddidit, Æ. VI, 672. — hæc Jupiter, Æ. X, 16. — comitate Cupavo, Æ. X, 186. — adfatur Amatam, Æ. XII, 71. — placitum collem, CIR. 8.

Paullatim flavescet campus, E. IV, 28. — sumere, E. VI, 36. — extunderet, G. I, 134. — carpit vires, G. III, 215. — evicta, Æ. II, 630. — adnabam, Æ. VI, 358. — sese tollit, Æ. VII, 529. — ætas, Æ. VIII, 326. — excedere, Æ. IX, 789. — exsolvit, Æ. XI, 829.

Paullisper inibo pro te tua munera, Æ. V, 846.

Paullo majora canamus, E. IV, 1.

Paullum hæsit, Æ. III, 597. — morata, Æ. IV, 649. — remoratur, CIR. 217. — supprimite flamina, CIR. 404.

Pauper pater, Æ. II, 87. — pauper senatus, Æ. VIII, 105. — acervus, MOR. 16. — domus, Æ. XII, 519. — *pauperis* tuguri, E. I, 69. — horti, E. VII, 34. — Evandri, Æ. VIII, 360. — usum, CU. 57. — usus, MOR. 64. — *pauper* agelle, CAT. X, 1. — *paupere* genitore, Æ. III, 615. — terra, Æ. VI, 812. — a paupere plura petebat, MOR. 65.

Pauperies: pauperiem perferre, Æ. VI, 437.

Pausia amara bacca, G. II, 86.

Pavere cœli Regem sub antro, G. IV, 152; a verbo *pasco*.

Pavidus: pavidum se fingit, Æ. XI, 406. — *pavidam* per urbem, Æ. IX, 473. — *pavidi* nos trepidare, Æ. II, 685. — monstris equi, Æ. VII, 780. — magistri, Æ. XII, 717. — *pavidæ* matres, Æ. II, 489, 766; VIII, 592. — puellæ, CIR. 351. — *pavidos* agitant cervos, G. III, 372. — excipiunt, Æ. V, 575. — agrestes, Æ. VIII, 349.

Pavito : pavitans prosequitur, Æ. II, 107. — *pavitantem* vix agnovit, Æ. VI, 498. — caudam, Æ. XI, 813.

Pavor humilis stravit corda, G. I, 331. — pulsans haurit corda, G. III, 106; Æ. V, 138. — novus insinuat cunctis, Æ. II, 229. — ubique, Æ. II, 369. — postquam ossa reliquit, Æ. III, 57. — ingens olli rumpit somnum, Æ. VII, 458.

Pax : pacis spes, Æ. III, 543. — iniquæ leges, Æ. IV, 618. — morem imponere, Æ. VI, 853. — pars erit, Æ. VII, 266. — ramos prætendere, Æ. XI, 332. — pignus, Æ. XI, 363. — ministras, Æ. XI, 658. — leges, Æ. XII, 112. — *paci* placitam olivam, G. II, 425. — se offert, Æ. VII, 536. — *pacem* petens, G. IV, 535. — exposcere votis precibusque, Æ. III, 261. — divum exorat Helenus, Æ. III, 370. — exquirunt, Æ. IV, 56. — æternam quin exercemus, Æ. IV, 99. — exposcere, Æ. VII, 155. — reportant, Æ. VII, 285. — disjice, Æ. VII, 339. — gerent, Æ. VII, 444. — fertis, Æ. VIII, 114. — geram, Æ. IX, 279. — orare manu, Æ. X, 80. — oratis, Æ. XI, 110. — petendam, Æ. XI, 230. — jungas, Æ. XI, 356. — poscimus, Æ. XI, 362. oremus, Æ. XI, 414. — laudate, Æ. XI, 460. — rumpet, Æ. XII, 202. — component, Æ. XII, 821. — *pace* placida quiescit, Æ. I, 249. — facta pariter feruntur, Æ. V, 587. — longa, Æ. VII, 46. — tege Latinos, Æ. VII, 426. — polluta, Æ. VII, 467. — placida, Æ. VIII, 325. — sine pace tua, Æ. X, 31. — pace sequestra, Æ. XI, 133. — in æterna, Æ. XII, 504.

Peccatum parvum ignovisse, CU. 294. — *peccata* luant, Æ. X, 32.

Pecco : peccare ante fuisset satis, Æ. IX, 140.

Pecten : pectinem proximum, CAT. VIII, 22. — *pectine* arguto percurrit telas, G. I, 294. — eburno pulsat eadem, Æ. VI, 647. — percurrens telas, Æ. VII, 14. — Libyco plauduntur telæ, CIR. 179.

Pecto : pectunt colla, Æ. XII, 86. — *pectebat* ferum, Æ. VII, 489.

Pectus : animosum luxuriat toris, G. III, 81. — signata Procne, G. IV, 15. — Latonæ tacitum pertentant gaudia, Æ. I, 502. — incensum amore, Æ. III, 298. — decorum percussa, Æ. IV, 589. — nec exsaturabile, Æ. V, 781. — anhelum, Æ. VI, 48. — fecundum concute, Æ. VII, 338. — sub altum abit cornus, Æ. IX, 700. — duri Halesi, Æ. X, 422. — inermum dat telo, Æ. X, 425. — ingens perforat, Æ. X, 485. — latebras animæ recludit, Æ. X, 601. — adversum fer in hostem, Æ. XI, 370. — apertum adversi transverberat, Æ. XI, 667. — vulnere saucius, Æ. XII, 5. — honestum percussit, Æ. XII, 155. — nitidis fulgoribus attollit, CU. 168. — per tuum haustum mihi, CIR. 274. ægrum vicerat spe, CIR. 341. — *pectoris* crates, Æ. XII, 508. — insani ad ictus, CIR. 345. — *pectore* labatur vultus, E. I, 64. — trudentes montem, G. III, 373. — sublato, G. III, 426. — in angusto versant animos ingentes, G. IV, 83. — sub pectore servans vulnus, Æ. I, 36. — pectore transfixo, Æ. I, 44. — curas jactantem, Æ. I, 227. — ab imo trahens vocem, Æ. I, 371. — ab imo gemitum dat, Æ. I, 485. — placido sic cœpit Ilioneus, Æ. I, 521. — versat nova consilia, Æ. I, 657. — toto hæc hæret, Æ. I, 717. — ficto fatur, Æ. II, 107. — ab imo ducens gemitus, Æ. II, 288. — sublato terga convolvit, Æ. II, 474. — rumpit hanc vo-[c]em, Æ. III, 246. — pulchro virgo, [Æ. I]II, 426. — hærent infixi vultus, Æ. IV, 4. — quam forti! Æ. IV, 11. — sub pectore vivit vulnus, Æ. IV, 67. — pectore magno persentit curas, Æ. IV, 448. — accipit noctem, Æ. IV, 530. — suo rumpebat questus, Æ. IV, 553. — in pectore versat dolos, Æ. IV, 563. — sub pectore stridit vulnus, Æ. IV, 689. — pectore revomentem fluctus, Æ. V, 182. — in pectore præsens virtus, Æ. V, 363. — pectore referebat voces, Æ. V, 409. — dant sonitus, Æ. V, 434. — effundit voces, Æ. V, 482. — summo it circulus, Æ. V, 558. — excussa est Juno, Æ. V, 679. — versans curas, Æ. V, 701. — effundit questus, Æ. V, 780. — ab imo fundit preces, Æ. VI, 55. — excussisse deum, Æ. VI, 78. — de pectore mitte curam, Æ. VI, 85. — sub pectore vertit stimulos, Æ. VI, 101. — pectore firmo nunc opus, Æ. VI, 261. — sub alto rimatur habitatque, Æ. VI, 600. — sub pectore volvit sortem, Æ. VII. 254. — pectore effundit dicta, Æ. VII, 292. — toto percepit flammam, Æ. VII, 356. — accensas matres, Æ VII, 392. — sub pectore fixit tædas, Æ. VII, 457. — in pectore divæ Gorgona polibant, Æ. VIII, 437. — pectore secant pontum, Æ. IX, 103. — toto te accipio, Æ. IX, 276. — toto proflabat somnum, Æ. IX, 326. — in adverso condidit ensem, Æ. IX. 347. — de pectore vomens flumen, Æ. IX, 414. — sub pectore vertit stimulos, Æ. IX, 718. — pectore sedato subridens Turnus, Æ. IX, 740. — sub semifero murmurat unda, Æ. X, 212. — cum pectore simul rumpit thoraca, Æ. X, 337. — pectore inimico fatur, Æ. X, 556. — in pectore fusus barbam, Æ. X, 838. — lævi patens vulnus, Æ. XI, 40. — pectore concipis robur, Æ. XI, 368. — imo rumpit voces, Æ. XI, 377. — in isto sit, Æ. XI, 409. — arrecto jactat crura, Æ. XI, 639. — inimico hæc fatur, Æ. XI, 685. — imo dedit has voces,

E. XI, 840. — sub pectore volvis fluctus, Æ. XII, 831. — pectore sævo fatur, Æ. XII, 888. — sensus vertuntur, Æ. XII, 914. — sub adverso condit ferrum, Æ. XII, 950. — inimico mentes lacerant, Cu. 60. — puro prosternit corpus, Cu. 67. — placido traducit vitam, Cu. 96. — lata, Mor. 34. — *pectora* concipiunt motus, G. I, 420. — mulcet, Æ. I, 153. — mœrentia mulcet, Æ. I, 197. — trajecta ferro, Æ. I, 355. — tunsæ palmis, Æ. I, 481. — non adeo obtusa gestamus Pœni, Æ. I, 567. — improvida turbat, Æ. II, 200. — inter fluctus arrecta, Æ. II, 206. — per tremefacta cunctis insinuat pavor, Æ. II, 228. — frustra fortissima, Æ. II, 349. — mortalia quid non cogis? Æ. III, 56; IV, 412. — fœdans pugnis, Æ. IV, 673. — Teucrorum ducunt dolores, Æ. V, 7. — læta deæ permulsit, Æ. V, 816. — inter lævia lapsus anguis, Æ. VII, 349. — ad pectora pressere, Æ. VII, 518. — pectora turbatus bello, Æ. VIII, 29. — fortia bello sunt nobis, Æ. VIII, 151. — villosa semiferi, Æ. VIII, 267. — tam certa tulistis, Æ. IX, 250. — candida rumpit, Æ. IX, 432. — transfossi ligno, Æ. IX, 543. — violenta Turni edocet, Æ. X, 151. — in adversa tendit, Æ. X, 571. — fœdans pugnis, Æ. X, 86. — cara sororum exsecrantur bellum, Æ. XI, 216. — et mentes habet terror, Æ. XI, 357. — vulgi concussa, Æ. XI, 452. — perfracta quadrupedantum rumpunt pectoribus, Æ. XI, 615. — percussæ matres, Æ. XI, 876. — plausa manibus lacessunt, Æ. XII, 86. — misceri vario motu, Æ. XII, 217. — vinci nescia rumpuntur, Æ. XII, 528. — obvia dedit ferro, Æ. XII, 541. — pugnis fœdans, Æ. XII, 871. — mortalia requiescunt curas, Cir. 232. — *pectoribus* reclusis pecudum inhians, Æ. IV, 64. — demissa monilia, Æ. VII, 278. — quinquaginta arsisse ignem, Æ. X, 567. — ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt, Æ. XI, 38. — rumpunt, Æ. XI, 615.

Pecuarium : pecuaria mitte in Venerem, G III, 64.

Peculium : nec peculi cura erat, E. I, 33.

Pecus, udis : pecudem nigram hiemi, Æ. III, 120. — *pecudes* captant umbras, E. II, 8. — lætæ, G. I, 423. — locutæ, G. I, 478. — bis gravidæ, G. II, 150. — primæ hausere lucem, G. II, 340. — in furias ignemque ruunt, G. III, 243. — intereunt, G. III, 368. — unde, Æ. I, 743. — lanigeras claudit, Æ. III, 642. — inter pecudes se moventem, Æ. III, 656. — pecudes lenibant somno curas, Æ. IV, 525. — secum ducat, Æ. IV, 636. — nigras duc, Æ. VI, 153. — raptas jugulant, Æ. XI, 199. — rite sacratas jugulant, Æ. XII, 214. — cogebat in umbras, Cu. 107. — o pecudes! Cu. 93. — *pecudum* concubitus, E. VI, 49. — velatur sætis, G. III, 383. — pestes, G. III, 471. — genus omne neci dedit tempestas, G. III, 480. — custodia, G. IV, 327. — pectoribus reclusis, Æ. IV, 63. — cruore, Æ. IV, 201. — nigrarum sanguine, Æ. V, 736. — genus, Æ. VI, 728; VIII, 27. — fibræ, Æ. X, 176. — tempora, Æ. XII, 174. — custos, Cu. 412.

Pecus, oris : felix quondam, E. I, 75. — dic, cujum pecus, E. III, 1; V, 87. — infelix, E. III, 3. — coge, E. III, 20. — numerant, E. III, 34. — omne tenendum, G. II, 371. — molle lædet glacies, G. III, 299. — it in deserta, G. III, 342. — omne perfundunt fluviis, G. III, 445. — ignavum, G. IV, 168. — ignavum fucos præsepibus arcent, Æ. I, 435. — caprigenum videmus, Æ. III, 221. — molle manditque trahitque, Æ. IX, 341. — admovit aris, Æ. XII, 171. — stat mutum metu, Æ. XII, 718. — Amphitrites est avidum, Cir. 486. — *pecoris* vicini contagia, E. I, 51. — dives, E. II, 20. — magistro, E. III,

101. — formosi custos, E. V, 44. — nec te pœniteat, E. X, 17. — magistris, G. II, 529. — generosi pullus, G. III, 75. — deo, Æ. VIII, 601. — *pecori* succus subducitur, E. III, 6. — feto dulce salix, E. III, 82. — insidias meditantur, E. V, 60. — defendite solstitium, E. VII, 47. — gratissimus ros, E. VIII, 15; G. III, 326. — habendo qui cultus, G. I, 4. — impressit signum, G. I, 263. — Notus sinister, G. I, 444. — aptius uber, G. II, 233. — frondem sufficiunt, G. II, 435. — equino, G. III, 72. — dixere maritum, G. III, 125. — gravido, G. III, 155. — habendo submittere, G. III, 159. — adspergere virus, G. III, 419. — opportuna seges, G. IV, 129. — gratior umbra, G. IV, 402. — *pecora* inter inertia, Æ. IV, 158; IX, 730. — inter agrestia, Æ. VII, 679. — *pecorum* fetu, G. II, 517. — balatu, G. III, 554. — cultu, G. IV, 559.

Pedes quum iret in hostem, Æ. VI, 881. — ire parat, Æ. VII, 624. — ipse subibat tecta, Æ. VII, 666. — apparat ire comminus, Æ. X, 453. — hunc peditem obtruncat, Æ. X, 751. — incedit, Æ. X, 764. — subsiste ad muros, Æ. XI, 506. — ense nudo, Æ. XI, 711. — congressus, Æ. XII, 510. — *peditem* armatum attulit, Æ. VI, 516; X, 751. — *peditum* nimbus, Æ. VII, 793.

Pedestris: pedestri pugnæ, Æ. XI, 707. — *pedestres* acies, Æ. X, 364.

Pedica: pedicas ponere gruibus, G. I, 307.

Pelagus: pelagi volucres, G. I, 383; Æ. III, 241. — imperium sorte datum, Æ. I, 138. — fragor, Æ. I, 154. — gemitum, Æ. III, 555. — tempestatibus, Æ. III, 708. — ad undas, Æ. V, 165. — imperium, Æ. V, 235. — laborem, Æ. V, 617. — periclis, Æ. VI, 83. — minas, Æ. VI, 113. — erroribus actus, Æ. VI, 532. — securi conduntur, Æ. VII, 304. — rupes, Æ. VII, 586; 587. — extrema, Æ. VIII, 333. — alta petere, Æ. IX, 81. — deæ, Æ. IX, 117. — nymphæ, Æ. X, 231. — languentis recursus, Æ. X, 289. — *pelagus* tenuere rates, Æ. V, 8. — petemus, Æ. X, 378. — per placidum, Cu. 344. — *pelago* trahit lina, G. I, 142. — parabitur imber, G. I, 429. — patenti vela da, G. II, 41. — late petit prospectum, Æ. I, 181. — sonanti premit arva, Æ. I, 246. — portantur opes Pygmalionis, Æ. I, 364. — jactetur, Æ. I, 667. — restantia dona, Æ. I, 679. — præcipitare insidias Danaum, Æ. II, 36. — quod secum avexere, Æ. II, 179. — remenso aderunt, Æ. II, 181. — incumbunt, Æ. II, 205. — deducere in terras quascunque, Æ. II, 800. — ubi prima fides, Æ. III, 69. — volamus, Æ. III, 124. — erramus tres soles, Æ. III, 204 — hanc prælerlabere, Æ. III, 478. — provehimur juxta Ceraunia, Æ. III, 506. — dum desævit hiems, Æ. IV, 52. — rursus agam, Æ. IV, 546. — in pelago est saxum, Æ. V, 124. — pelago aperto decurrit, Æ. V, 212. — sereno confise, Æ. V, 870. — obvertunt proras, Æ. VI, 3. — innare, Æ. VIII, 691. — vehatur, Æ. X, 165.

Pellacia nulla reperit fugam, G. IV, 443.

Pellax: pellacis Ulixi invidia, Æ. II, 90.

Pellis aret, G. III, 502. — dura resistit tractanti, G. III, 502. — fulva leonis quem obit, Æ. VIII, 553. — tauri circumdata obeat, Æ. X, 483. — erepta juvenco operit humeros, Æ. XI, 679. — conserta auro, Æ. XI, 770. — *pellem* integram, G. IV, 302. — dat Niso, Æ. IX, 306. — *pelle* leonis superinsternor humeros, Æ. II, 722. — in pelle ursæ horridus, Æ. V, 37. — de pelle lupi galeros, Æ. VII, 688. — pelle Leonis accipit Ænean, Æ. VIII, 177. — Libystidis ursæ effultum Ænean, Æ. VIII, 368. — nova obduxit crura, Cir. 506. — *pellibus*

albo sparsis, E. II, 41. — pictis incinctæ, G. IV, 342. — stratis ovium incubuit, Æ. VII, 88. — incinctæ, Æ. VII, 396. — sacerdotes in morem cincti, Æ. VIII, 282.

Pello: pelle lacrimas Creusæ, Æ. II, 784. — timorem, Æ. V, 812. — *pellere* Harpyias regno, Æ. III, 249. — vallo missilibus, Æ. IX, 519. — venientes terra, Æ. X, 277. — Teucros apparat, Æ. XI, 116. — *pelli* se limine, Æ. VII, 579. — *pulsus* amor nostri, G. IV, 325. — Europa atque Asia, Æ. I, 385. — corde dolor, Æ. VI, 382. — ob invidiam solio, Æ. X, 852. — abi, Æ. XI, 366. — ego? Æ. XI, 392. — ob invidiam regno, Æ. XI, 539. — lapis, Cir. 108. — in exsilium, Cat. XII, 8. — *pulsa* metu gloria, Æ. V, 395. — palus sonat, Æ. VII, 702. — si quando recessit, Æ. XI, 653. — meo vulnere pestis, Æ. XI, 793. — manu sagitta, Æ. XII, 320. — *pulsi* aggere Turni gloria, Æ. X, 143. — *pulsæ* virginis tropæum, Æ. XI, 790. — *pulsum* Niphaten, G. III, 30. — Idomenea, Æ. III, 121. — me patria posuere his locis, Æ. VIII, 333. — vulneribus adspicies, Æ. XI, 56. — arguet quisquam, Æ. XI, 392. — *pulsam* hiemem egit sol, G. IV, 51. — *pulso* timore, Mor. 119. — *pulsi* regnis adferimur, Æ. VII, 217. — Tarquinii, Cat. XI, 35. — *pulsæ* valles, E. VI, 84. — *pulsos* apros volutabris, G. III, 411. — reficit in prælia, Æ. XI, 731. — *pulsa* arma inter nubem tonare vident, Æ. VIII, 529.

Pelta : peltæ æratæ micant, Æ. VII, 743. — *peltis* lunatis, Æ. I, 490. — lunatis exsultant agmina feminea, Æ. XI, 663.

Penates socii, Æ. III, 15. — Phrygii visi adstare, Æ. III, 148. — nequidquam rapti, Æ. V, 632. — certi hic tibi, Æ. VIII, 39. — parvos adit, Æ. VIII, 543. — miseros petit excidiis, G. II, 505. — certos novere, G. IV, 155. — victos portans in Italiam, Æ. I, 68. — raptos qui veho mecum, Æ. I, 378. — Libycos ferro populare, Æ. I, 527. — flammis adolere, Æ. I, 704. — suos tibi commendat Troja, Æ. II, 293. — complexa umbra laurus, Æ. II, 514. — patrios cape manu, Æ. II, 717. — Teucros commendo sociis, Æ. II, 747. — Iliacos bello petiisse, Æ. III, 603. — post sparsos cæde, Æ. IV, 21. — patrios secum portare, Æ. IV, 598. — patrios adhibete epulis, Æ. V, 62. — victos inferre, Æ. VIII, 11. — per magnos obtestor, Æ. IX, 258. — versos Idomenei referam, Æ. XI, 264. — aliquos esse tibi velim, Cir. 331. — patrios liquere, Cat. XI, 35. — vos o fidi *penates* Trojæ salvete, Æ. VII, 121. — cum *penatibus* feror in altum, Æ. III, 12. — cum penatibus, Æ. VIII, 679. Vide Macrob. III, 4.

Pendeo : pendes in limine nostro, Æ. VI, 151. — *pendet* vindemia arboribus, G. II, 89. — iterum ab ore narrantis, Æ. IV, 79. — dorso puppis, Æ. X, 303. — jugis, Æ. XII, 374. — *pendent* nubila, G. I, 214. — nati circum oscula, G. II, 523. — palearia tenus crurum, G. III, 53. — apes connexæ pedibus, G. IV, 257. — summo in fluctu, Æ. I, 106. — opera interrupta, Æ. IV, 88. — proni in verbera, Æ. V, 147. — districti radiis rotarum, Æ. VI, 617. — in postibus arma, currus, Æ. VII, 184. — monilia demissa pectoribus, Æ. VII, 278. — exuviæ per dorsum, Æ. XI, 577. — *pendebat* cantharus gravis, E. VI, 17. — ab alto malo, Æ. V, 511. — quod ferro et arte, Æ. VIII, 227. — fascis anethi, Mor. 59. — *pendebant* ora virum adfixa foribus, Æ. VIII, 197. — *pependit* complexu colloque Æneæ, Æ. I, 715. — nequidquam umbone clipei, Æ. II, 546. — prora, Æ. V, 206. — examen ramo, Æ. VII, 67. — innexa foliis populus, Æ. VIII, 277. — illi caput huc atque illuc, Æ. IX, 755. — dextera nervis ex humero, Æ. X,

341. — super ocellos, Cir. 348. — *pendebo* vincta tot luces, Cir. 417. — *pendebit* uva sentibus, E. IV, 29. — fistula pinu, E. VII, 24. — *pendere* poma in arbore, E. I, 38. — de rupe, E. I, 77. — *pendens* pronus admonuit bijugos, Æ. X, 586. — junco cucumis, Cop. 22. — *pendentem* scopulo te, Catilina, addit, Æ. VIII, 669. — ipsum arripit, Æ. IX, 562. — *pendentes* pueros, Æ. VIII, 632. — *pendentia* pumice tecta, G. IV, 374. — spolia tectis, Æ. V, 393. — colla secat, Æ. IX, 331. — *pendentibus* scopulis, Æ. I, 166.

Pendo: pendetis sanguine, Æ. VII, 595. — *pendere* pœnas jussi Cecropidæ, Æ. VI, 20.

Pendulus: pendula arbuta, Cu. 51.

Penes te decus Latini, Æ XII, 59.

Penetrabilis : penetrabile frigus, G. I, 93. — telum, Æ. X, 481.

Penetrale: penetrali in sede, Æ. IV, 504. — *penetralia* Priami et veterum regum patescunt, Æ. II, 484. — Vestæ veneratur, Æ. V, 744. — magna te manent, Æ. VI, 71. — per penetralia Vestæ obtestor, Æ. IX, 259. — *penetralibus* tectis, G. I, 379. — in penetralibus hostem vidit, Æ. II, 508. — mediis cernam hostem, Æ. II, 665. — penetralibus focis, Æ. V, 660. — in altis erat laurus, Æ. VII, 59.

Penetro : penetrat Lacedæmona pastor, Æ. VII, 363. — *penetrant* aulas, G. II, 504. — *penetravit* ad urbes extremas, Æ. IX, 10. — *penetrarat* sol in arces æthereas, Cu. 41. — *penetrarit* ad urbes Phrygiæ, Æ. VII, 207. — *penetrare* potuit sinus Illyricos, Æ. I, 243.

Penitus defigitur terræ arbos, G. II, 290 et alibi.

Penna: pennæ præpetis omina, Æ. III, 361. — *penna* tenui conscendens sidera, Cir. 50. — *pennæ* olorinæ surgunt de vertice, Æ. X, 187. — puniceæ formidine, Æ. XII, 750. — *pennas* pandunt Alcyones, G. I, 398. — perpetuas foderunt, Cir. 504. — *pennis* secat æthera, G. I, 406, 409. — coruscant apes, G. IV, 73. — stridentia animalia, G. IV, 310. — ablata refugit, Æ. III, 258. — labere, Æ. IV, 223. — croceis devolat, Æ. IV, 700. — dat plausum, Æ V, 215. — timuit, Æ. V, 505. — præpetibus se credere cælo, Æ. VI, 15. — tendere iter, Æ. VI, 240. — purpureum, Æ. X, 722. — petierunt æthera, Æ. XI, 272. — sublimem columbam, Æ. XI, 722 — aufertur ad Olympum, Æ. XI, 867. — obscurat æthera, Æ. XII, 253. — lustrat atria hirundo, Æ. XII, 474. — sequi astra, Æ. XII, 892. — secat æthera, Cir. 538, 541.

Pennatus: pennata Fama nuntia ruit, Æ. IX, 473.

Pensum : penso longo exercet famulas, Æ. VIII, 412. — gravidos fusos, Cir. 446. — *pensa* nocturna carpentes, G. I, 390. — mollia devolvunt fusis, G. IV, 348. — revolutaque, Æ. IX, 476.

Penuria edendi adegit vertere morsus, Æ. VII, 113.

Penus : penum struere quibus cura, Æ. I, 704.

Peplum ferebant suppliciter tristes, Æ. I, 480. — *peplo* magno intexens, Cir. 21. — *pepla* magna ornantur, Cir. 30.

Per : per æstum, E. V, 46. — auras, G. I, 407. — altum ire, G. I, 456; Æ. IV, 310. — ambages, G. II, 46. — aras vidi Priamum, Æ. II, 501. — antrum jacuit, Æ. III, 631. — æquor graditur, Æ. III, 664. — aras pacem exquirunt, Æ. IV, 56. — agros petiere tecta, Æ. IV, 164. — auras, Æ. IV, 226; VI, 82 et alibi. — auras ferre. Æ. IV, 270. — æquor, Æ. IV, 313 — auras detulit, Æ. IV, 357. — auras fert jussa, Æ. IV, 378. — augurium ducunt, Æ. V, 7. — aras lapsus, Æ. V, 86. — arcum, Æ. V, 609. — Averna, Æ. V, 732. — æquora volat, Æ. V, 819. — aera, Æ. VI, 202; IX,

699. — æquora vectos, Æ. VI, 335. — æquora vexit me, Æ. VI, 355. — artes excoluere vitam, Æ. VI, 663. — artus infusa mens, Æ. VI, 726. — annos mille, Æ. VI, 748. — arva, Æ. VI, 794. — annos multos, Æ. VII, 60. — agmina diditur rumor, Æ. VII, 144. — æquora vecti, Æ. VII, 228. — artem, Æ. VIII, 143; X, 135; XII, 632. — annos decem superesse, Æ. VIII, 399. — æthera mugire, Æ. VIII, 526. — auras excidit vox, Æ. IX, 112. — artus it cruor, Æ. IX, 433. — æquor, Æ. X, 233. — agmen, Æ. X, 513; XI, 781. — æquora, Æ. X, 660. — armos, Æ. XI, 644. — arma perque ossa, Æ. XI, 696. — agmina, Æ. XII, 239, 482, 557 et alibi. agros, Æ. XII, 463. — ævum, Cu. 37. — annos, Cu. 39. — artus, Cu. 136. — acumina, Cu. 182. — amores, per pectus te obtestor, Cir. 273. — cælum ibit Luna, G. I, 433. — carmina vocant, G. II, 388. — campos trahit, Æ. II, 498. — cælum devolat, Æ. IV, 700. — cælum, Æ. V, 502. — collum, Æ. V, 559. — cælum se sustulit, Æ. V, 657. — campos ea geruntur, Æ. VII, 540. — caput juro, per quod solebat pater, Æ. IX, 300. — calles, Æ. IX, 383. — caput, Æ. IX, 633. — campos extenditur, Æ. X, 408. — corpus volvit lumina, Æ. X, 446. — campos, Æ. XI, 102. — colla, per armos ludunt jubæ, Æ. XI, 497. — domos ibant, Æ. VI, 269. — dumos tendunt, Æ. VIII, 594. — dumos aderant, Æ. VIII, 657. — Dindyma ite, Æ. IX, 617. — dorsum pendent exuviæ, Æ. XI, 577. — deserta montis, Æ. XI, 514. — Elysium mittimur, Æ. VI, 743. — excidia Trojæ obtestor, Æ. X, 45. — flammas, Æ. VI, 110. — fata juro, Æ. VII, 234; — fenestras, Æ. IX, 534. — flumina fratris, per pice torrentes ripas adnuit, Æ. X, 113, 114. — furorem, Æ. XII, 601. — flumina sacra, Cir. 326. — gentes stravit pavor, G. I, 331. — genitorem oro, Æ. VI, 364. — gramina tendentem, Æ. VI, 684. — gramina volaret, Æ. VII, 808. — gentes, Æ. XI, 847. — galeam, Æ. XII, 434, 537. — humum rapit, G. II, 153. — herbas pascuntur, G. III, 162. — herbas videmus pecus, Æ. III, 221. — has lacrimas, per connubia, per Hymenæos oro te, Æ. IV, 314, 316. — herbas convectant prædam, Æ. IV, 404. — hominum perque deorum culmina, Æ. IV, 671. — herbas fusi, Æ. V, 102; IX, 164. — herbam, Æ. VI, 656; VII, 109; IX, 316. — hostes, Æ. IX, 356; X, 372; XII, 650. — hostes fertur, Æ. XII, 477. — herbas, Cu. 69. — iter insuetum, Æ. VI, 16. — juga sedebant, Æ. VI, 411. — jugera porrigitur, Æ. VI, 596. — ignes, Æ. VII, 296. — ignem se injecit, Æ. VIII, 256. — ignes fugisse, Æ. X, 56. — juvenem exigit ensem, Æ. X, 816. — ignem, Æ. XI, 787. — inane volutus, Æ. XII, 906. — inania rapior, Cu. 211. — litora sonitum dedere, Æ. III, 238. — lubrica surgens, Æ. V, 335. — litora, Æ. V, 676, 765. — lunam est iter, Æ. VI, 270. — Latium diffunditur, Æ. VII, 709. — Latium, Æ. VIII, 18. — lacrimas oro, Æ. XII, 56. — medios hostes tenuisse fugam, Æ. III, 283. — mœnia ducit Ænean, Æ. IV, 74. — maria, Æ. V, 594. — mare, Æ. V, 628; VII, 810. — mutua, Æ. VII, 66. — membra dedit quietem, Æ. VIII, 30. — membra petivit soporem, Æ. VIII, 406. — muros excubat, Æ. IX, 174. — muros vertit agmina, Æ. IX, 800. — medium, Æ. X, 383. — manes, per spes te precor, Æ. X, 524. — mortes, Æ. X, 854. — me precor, Cir. 324. — mare, Cir. 390. — nives alium secuta est, E. X, 23. — noctem resonare, G. I, 486. — noctem, Æ. II, 754. — nemus ire, Æ. VI, 386. — nubila vidisse, Æ. VI, 454. — nomen Evandri, Æ. X, 370. — nubem, Æ. XII, 856. — numina, Cir. 245. — orbem, G. I, 505. — ossa traxit furo-

rem, Æ. IV, 101. — omnia versat animum, Æ. IV, 286. — ossa cucurrit, Æ. VI, 54. — omnia duxit, Æ. VI, 565. — opaca gressi, Æ. VI, 633. — ossa cucurrit, Æ. VIII, 390; XII, 447. — ovilia turbans, Æ. IX, 339. — omnes petit Volscentem, Æ. IX, 438. — omnes it gemitus, Æ. IX, 498. — opaca locorum, Æ. II, 725. — oras clipei, Æ. X, 477, 588. — orbem, per terga transiit, Æ. X, 783, 784. — ora, Æ. X, 790; XI, 296. — orbem expendimus supplicia, Æ. XI, 257. — omnes, Æ. XI, 422. — oppida, Æ. XI, 581. — orbem agitata, Æ. XI, 694. — ora cucurrit, Æ. XII, 66. — ora feretur, Æ. XII, 235. — oppida, Cat. VI, 3. — orbem, Cat. XI, 57. — prata venient juvenci, E. VII, 11. — pœnam traxisse, Æ. V, 786. — populos, per urbem ibat, Æ. VI, 588. — propugnacula, Æ. IX, 664. — pectus, Æ. X, 422. — reges actum genus, Æ. XII, 530. — ramos refulsit, Æ. VI, 204. — remos alii, Æ. X, 290. — superos, per, si qua fides est, oro, Æ. II, 141, 142. — sidera testor, Æ. III, 599. — socios incedens, Æ. V, 188. — somnum, Æ. V, 636. — scelus actis matribus, Æ. V, 793. — sæcula tenet nomen, Æ. VI, 235. — spes Iuli oro, Æ. VI, 364. — sidera, per superos juro, Æ. VI, 458, 459. — silvam volvitur, Æ. VI, 659. — singula duxit, Æ. VI, 889. — silvam procubuit, Æ. VIII, 82. — sudum, Æ. VIII, 529. — singula, Æ. VIII, 618. — silvam raptabat, Æ. VIII, 645. — suta, per tunicam haurit latus, Æ. X, 313, 314. — stagna, Æ. X, 764. — si qua est venia, oro, Æ. X, 903. — silvas erravere, Æ. XI, 134. — stagna dant sonitum, Æ. XI, 458. — sæcula, Æ. XII, 826. — sidera, Cu. 282. — terram ducantur rotæ, G. III, 171. — tela, per hostes fugit, Æ. II, 527. — tela, per ignes eripis, Æ. II, 664. — Trojam omnem reverti, Æ. II, 751. — [illegible]acriam fama, Æ. V, 392. — transtra furit, Æ. V, 663. — tacitum, Æ. IX, 31. — terras, Æ. IX, 224. — tempus, Æ. IX, 418. — te, per parentes, Æ. X, 597. — tecta ruit, Æ. XI, 447. — vulnera petunt mortem, G. IV, 218. — vias, perque domos, Æ. II, 364, 365. — umbram, Æ. II, 420. — urbes Graias regnare, Æ. III, 295. — urbes it Fama, Æ. IV, 173. — umbram stridens, Æ. IV, 184. — urbem bacchatur, Æ. IV, 300. — undas, Æ. I, 119; IV, 381. — urbem bacchatur fama, Æ. IV, 666. — undas ludunt, Æ. V, 595. — umbram, Æ. VI, 257; VI, 268. — urbes longe lateque, Æ. VI, 378. — umbram agnovit, Æ. VI, 452. — umbras, per loca senta ire, Æ. VI, 461, 462. — umbras, Æ. VI, 490; XII, 864. — umbras testatur, Æ. VI, 619. — urbes invehitur, Æ. VI, 786. — urbes tulerat, Æ. VII, 104. — undas, Æ. VII, 299 et alibi. — urbem furit, Æ. VII, 377. — urbes agitur, Æ. VII, 384. — uterum perque ilia venit arundo, Æ. VII, 499. — urbem volat, Æ. VIII, 554. — urbem, Æ. VIII, 665 et alibi. — umbram, Æ. IX, 314. — valles, Æ. VII, 801. — vulnera, Æ. IX, 401. — vota precatus, Æ. IX, 624. — varios casus, Æ. X, 352. — vos et facta, Æ. X, 369. — vulnera servor, Æ. X, 848. — viscera, Cir. 182, 225.

Perago: peragit partes suas, Mor. 52. — *peragunt* ergo iter, Æ. VI, 384. — *peregi* cursum, quem dederat fortuna, Æ. IV, 653. — mecum animo omnia, Æ. VI, 105. — *peregit* dona, Æ. V, 362. — *peregerat* horas, Mor. 1. — *peragat* quo magis inceptum, Æ. IV, 452. — *peragens* laborem cura, Cu. 393. — *peracta* quibus est fortuna sua, Æ. III, 393. — ingenti cæde, Æ. IX, 242. — quæ *peragenda* prius, accipe, Æ. VI, 136.

Peragro ipse ignotus, egens, Libyæ deserta, Æ. I, 384. — *peragrat* fuga silvas saltusque, Æ. IV, 72. — *peragrant* saltus silvasque, G. IV, 53.

— *peragrans* stabula leo, Æ. X, 723.

Percello: perculit idem Buten, Æ. V, 374. — *perculsa* ruina cetera, Æ. XI, 310.

Percipio: percepit flammam pectore, Æ. VII, 356. — *percipe* porro quid dubitem, Æ. IX, 190.

Percurro: percurrit pectine telas, G. I, 294. — rima ignea lumine nimbos, Æ. VIII, 392. — *percurrere* nomina pœnarum, Æ. VI, 627. — *percurrens* pectine telas, Æ. VII, 14.

Percutio: percussit manu pectus, Æ. XII, 155. — *percussus* amore ingenti, G. II, 476. — simul Achates lætitiaque metuque, Æ. I, 513. — casu Æneas, Æ. VI, 475. — nomine Pallas, Æ. VIII, 121. — amore laudum Euryalus, Æ. IX, 197. — *percussa* tellus tridenti, G. I, 13. — formidine mater, G. IV, 357. — manu pectus, Æ. IV, 589. — palmis lacertos, Æ. VII, 503. — quem *percussum* virga fecit avem, Æ. VII, 190. — *percussa* mente, Æ. IX, 392. — *percussæ* pectora matres, Æ. XI, 877. — *percussa* litora fluctu, E. V, 83.

Perdo: perdis tu quantum præsidium! Æ. XI, 58. — quis me miseram *perdidit?* G. IV, 494. — perdidit me, Cat. IX, 2, 4. — *perdidistis* omnia, Cat. III, 6. — *perdere* qualem valuit, Æ. VII, 304. — qua posses, Æ. X, 879. — me ne malis, Cir. 275. — *perditus* amore, E. II, 59. — *perdita*, bucula, E. VIII, 88. — heu nescis! Æ. IV, 541. — te dilexi, Cir. 428.

Perduco: perduxit nati corpus ambrosiæ odore, G. IV, 416. — *perducant* ad stabula, E. VI, 60.

Peredo: quos *peredit* amor tabe, Æ. VII, 442. — *peresa* vellera morbo illuvieque, G. III, 561.

Peregrinus: peregrina ferrugine, Æ. XI, 772.

Perennis fama, Æ. IX, 79.

Pereo: si pereo, Æ. III, 606. — *pereunt* confixi a sociis, Æ. II, 428. — *peribat* nec fato, nec merita morte, Æ. IV, 696. — ut *perii*, ut error abstulit, E. VIII, 41. — lectum quo perii, Æ. IV, 497. — ut perii, Cir. 430. — *periisti* mihi certe, Cir. 306. — *pereat* nunc, Æ. X, 617. — pereat, Cop. 34. — *pereant*, qui crastina curant, Cop. 37. — periret indigno amore, E. X, 10. — *periisse* hominum manibus juvabit, Æ. III, 606. — semel satis est, Æ. IX, 140. — *periturus* injecit sese in agmen, Æ. II, 408. — si abis, Æ. II, 675. — *periture* huc veni, Æ. XI, 853. — *perituræ* Trojæ, Æ. II, 660. — *peritura* regna, G. II, 498. — millia, Cat. XI, 51.

Pererro: pererrat totum luminibus, Æ. IV, 363. — arte locum, Æ. V, 441. — totam malum, Æ. VII, 375. — circuitum undique, Æ. XI, 766. — *pererrato* ponto, Æ. II, 295. — *pererratis* finibus, E. I, 62.

Perfero: perfert nuntius incensas naves, Æ. V, 665. — vim atque minas, Æ. X, 695. — *perferimus* monstra, Æ. III, 584. — *pertulit* non ullos sortitus, Æ. III, 323. — haud pertulit hasta vires, Æ. X, 786. — nec pertulit ictum, Æ. XII, 907. — *perferet* te fraus incolumem, Æ. XI, 717. — *perfer* te ad limina, Æ. I, 389. — Turno mandata, Æ. XI, 825. — *pertulerit* labores, Æ. VIII, 293. — *perferre* laborem, G. II, 343. — dolorem, Æ. IV, 420. — laborem pelagi, Æ. V, 617. — pauperiem et duros labores, Æ. VI, 437. — lacrimas parentis, Æ. IX, 289. — tantum dolorem, Æ. IX, 426. — nato, Æ. XI, 181. — labores, Æ. XII, 177. — *perfertur* nuntius, Æ. IX, 692. — *perlata* sub papillam hasta, Æ. XI, 803.

Perficio: perfice munus, Æ. VI, 629. — *perficere* sacra Jovi est animus, Æ. IV, 639. — *perfecto* honore, Æ. III, 178. — munere, Æ. VI, 637. — orbe temporis, Æ. VI, 745. — *perfecta* argento cymbia, Æ. V, 267. — elephanto altera, Æ. VI, 896. — tibi discordia, Æ. VII, 545. — *perfecta*

canebat, E. IX, 26. — munera, Æ. VIII, 612. — argento pocula, Æ. IX, 263. — argento arma, Æ. IX, 357. — *perfectis* ordine votis, Æ. III, 548. — rebus divinis, Æ. VIII, 307.

Perfidia : perfidiam lamentandi, Cu. 131.

Perfidus ille, Æ. VIII, 91; Æ. IV, 421. — prædo, Æ. VII, 362. — Rutulus, Æ. X, 231. — ensis, Æ. XII, 731. — *perfide!* Æ. IV, 305, 366. — *perfida* multis, Cu. 131.

Perflo : terras turbine perflant venti, Æ. I, 83.

Perfodio : perfossus Athos, Cu. 30. — *perfossum* bis sex locis thoraca, Æ. XI, 10.

Perforo : perforat pectus, Æ. X, 485. — hasta inguen, Æ. X, 589.

Perfringo : perfringere dextra, Æ. X, 279. — *perfracta* pectora rumpunt, Æ. XI, 614.

Perfundo : perfundit artus sudor, Æ. VII, 459. — sinu arenam, Æ. XI, 626. — *perfundunt* fluviis dulcibus pecus, G. III, 446. — *perfudit* nectare Vestam, G. IV, 384. — *perfundat* sanguine flammas, Æ. X, 520. — *perfundere* semina amurca, G. I, 194. — *perfunditur* æquoris æstu, Æ. III, 397. — *perfundi* flumine adsuetus, Æ. XI, 495. — *perfusus* vittas sanie et veneno, Æ. II, 221. — unda Lucifer, Æ. VIII, 589. — *perfusa* oleo humeros juventus, Æ. V, 135. — lacrimis genas, Æ. XII, 65. — liquore Xanthus, Cu. 14. — lympha sacerdos, Cir. 147. — *perfusam* pulvere canitiem, Æ. XII, 611. — *perfusi* flumine sacro, G. II, 147. — sanguine gaudent, G. II, 510. — *perfusæ* vestes, Æ. V, 112. — *perfusos* sanguine currus, Æ. XI, 88. — *perfusa* somno Lethæo papavera, G. I, 78.

Perfuro : perfurit et ipse incensus, Æ. IX, 343.

Pergo : pergit in hostem, Æ. XI, 521. — defigere animum votis, Cir. — *pergunt* defendere muros, Æ. XII, 586. — si *pergam* prima ab origine repetens, Æ. I, 372. — *pergant* quo tendere, Æ. VI, 198. — *perge* modo, Æ. I, 389, 401. — perge, sequar, Æ. IV, 114. — perge, decet, Æ. XII, 153. *pergite*, Pierides, E. VI, 13.

Perhibeo : quem perhibes, G. IV, 323. — ut *perhibent*, G. I, 247; Æ. IV, 179. — perhibent illum flevisse, G. IV, 507. — ut perhibent Graii, Æ. VIII, 135. — quæ perhibent aurea, Æ. VIII, 324. — perhibent illam mutatam membra, Cir. 56. — ut perhibent, Cir. 77. — *perhibetur* tellus amara, G. II, 238.

Periculum unum et commune ambobus erit, Æ. II, 709. — sortita legio, Æ. IX, 174. — *pericli* metuens, Æ. V, 716. — fuga, Æ. VIII, 251. — hujus ignaram linquo, Æ. IX, 287. — non illa memor, Æ. IX, 479. — patiens animus, Æ. X, 610. — *periclo* propius it timor, Æ. VIII, 556. — *pericula* per tanta, Æ. I, 615. — quæ prima vito, Æ. III, 367. — quæ circum te stent, Æ. IV, 561. — incerta lustret, Æ. IX, 96. — in tanta te mittam, Æ. IX, 200. — sub tanta missum, Æ. IX, 483. — in aperta mittunt animas, Æ. IX, 663. — tot maris et terræ exhausta, Æ. X, 57. — in aperta projicis cives, Æ. XI, 360. — prima belli tentare, Æ. X, 505. — *periclis* objectare caput, Æ. II, 751. — tantis erepte, Æ. III, 711. — magnis pelagi defuncte, Æ. VI, 83. — quantis jactatum, Æ. VI, 693. — ingratis offerte, Æ. VII, 425. — arcete Ænean, Æ. VIII, 73. — sævis servati facimus, Æ. VIII, 188.

Perimo : peremtæ Trojæ, Æ. V, 787. — Phrygiæ præda, Cu. 355. — *peremtum* morte Misenum, Æ. VI, 163. — *peremto* plagis vitulo, G. IV, 301. Pallante, Æ. X, 533; XI, 177. — *peremta* exsectum jam matre, Æ. X, 315. — *peremtis* et una cæde tot primis, Æ. IX, 453. — sorte oratis pacem, Æ. XI, 110.

Peritus: periti cantare Arcades, E. X, 32.

Perjurium: perjuria luimus, G. I, 502. — Laomedonteæ gentis, Æ. IV, 542. — cujus divæ meminisse, Cir. 139. — nocuisse credat, Cir. 156.

Perjurus: perjuri Sinonis, Æ. II, 195. — *perjuræ* Trojæ, Æ. V, 811.

Perlabor: perlabitur undas rotis, Æ. I, 147. — ad nos famæ aura, Æ. VII, 646. — *perlabi* Pontum adverso sidere, Cat. XI, 47.

Perlego: perlegerent omnia oculis, Æ. VI, 34.

Permetior: nos permensi sub te classibus æquor, Æ. III, 157.

Permisceo: permisceat domum furibunda monstro, Æ. VII, 348. — *permixtus* Etrusco Arcas eques, Æ. X, 238. — *permixtum* Achivis principibus se quoque agnovit, Æ. I, 488. — *permixtos* divis heroas, E. IV, 16. — cæde virorum equi, Æ. XI, 634. — *permixta* cerebro ossa, Æ. X, 416.

Permitto: permittis te amari, Cat. XIII, 11. — *permittit* patria hunc morem, Æ. I, 540. — *permittitis* uti Fortuna, Æ. IX, 240. — *permisit* ludere calamo, E. I, 10. — *permittere* dextræ tuæ Tyrios, Æ. IV, 104. — flammæ rogum, Æ. IV, 640. — *permissa* potestas, Æ. IX, 97. — *permisso* nomine, Æ. V, 718.

Permulceo: permulsit dictis pectora, Æ. V, 816.

Permuto: permutat galeam Aletes, Æ. IX, 307.

Pernix Saturnus, G. III, 93. — pernicibus alis, Æ. IV, 180. — plantis, Æ. XI, 718.

Pernox jacet, G. III, 230.

Pero tegit vestigia, Æ. VII, 690.

Perosus: perosi lucem projecere animas, Æ. VI, 435. — *perosos* penitus genus femineum, Æ. IX, 141.

Perpetior: perpetiar exscindi domos, Æ. XII, 644. — *perpessus* ventos et imbres lupus, Æ. IX, 60.

Perpetuus: perpetui bovis tergo, Æ. VIII, 183. — *perpetuum* per ævum, Cu. 37. — *perpetua* formidine, E. IV, 14. — juventa, Æ. IV, 32. — *perpetuas* pennas, Cir. 504. — *perpetuis* mensis, Æ. VII, 176.

Perplexus: perplexum iter silvæ, Æ. IX, 391.

Perrepo: perrepunt ad cava rupis, Cu. 49.

Perrumpo: perrumpit terram aratro, G. I, 98. — limina ipse, Æ. II, 480. — *perrumpere* aciem si qua possent, Æ. IX, 513.

Persentio: persentit pectore curas, Æ. IV, 448. — *persensit* teneri peste, Æ. IV, 90.

Persequor: persequitur vitem attondens, G. II, 407. — te sola, Æ. IX, 218. — protenus Antæum, Æ. X, 562. — exquirere caussas miseræ tabis, Cir. 254.

Persido vel *persideo*: persedit imber altius ad vivum, G. III, 442.

Persolvo animam pro morte Daretis, Æ. V, 484. — *persolves* mihi honorem, Æ. VIII, 62. — pœnas sanguine, Æ. IX, 423. — *persolvant* grates dignas tibi di, Æ. II, 537. — *persolvere* grates dignas, Æ. I, 600.

Persono: personat cithara Iopas quæ docuit Atlas, Æ. I, 741. — æquora concha, Æ. VI, 171. — Cerberus ingens hæc regna latratu trifauci, Æ. VI, 418.

Persto: perstat mihi mens, Æ. V, 812. — *perstabat* memorans talia, Æ. II, 650.

Perstringo: perstrinxit femur Achatæ, Æ. X, 344.

Persuadeo: persuadeat tibi auctor moveri, G. II, 315.

Pertæsus: pertæsum si non fuisset thalami, Æ. IV, 18. — incepti rerumque quos est, Æ. V, 714.

Pertento: pertentat lues sensus, Æ. VII, 355. — *pertentant* gaudia pectus, Æ. I, 502. — gaudia vicissim mentem, Æ. V, 828. — *pertentet* tremor corpora, G. III, 250.

Perterreo : perterrita cæde viri agmina, Æ. X, 426.

Pertimesco : pertimuit ipsa latratus suos, Cir. 82.

Pertineo : pertinet usquequaque, ille versus, Cat. III, 5.

Pervenio : pervenit ad aures tuas nomen, Æ. II, 81. — clamor ad aures, Æ. IX, 396. — ad metas ævi, Æ. X, 472. — *pervenimus* vivi, E. IX, 2. — *perventum* est in tecta, G. IV, 375. — ad limina, Æ. II, 634.

Perverto : perverse Menalca, E. III, 14. — *perverso* numine, Æ. VII, 584. — *perversi* Manes, Cat. XIV, 7.

Pervigilo : pervigilat ad ignes luminis hiberni, G. I, 292.

Pervius usus, Æ. II, 453.

Pervolito : pervolitat lumen loca, Æ. VIII, 24.

Pervolo : pervolat ædes hirundo, Æ. XII, 474.

Pes etiam, G. III, 55. — hæret pede, Æ. X, 361. — *pedis* ima, G. III, 460. — primi vestigia, Æ. V, 567. — sinistri vestigia, Æ. VII, 690. — *pedem* ferte, G. I, 11. — referens, G. IV, 485; Æ. X, 794. — retro repressit, Æ II, 378. — efferre, Æ. II, 657. — si forte tulisset, Æ. II, 756. — unum exuta vinclis, Æ. IV, 518. — innexa pendebat, Æ. V, 511. — una fecere, Æ. V, 830. — advertere ripæ, Æ. VI, 386. — revocat Tiberinus, Æ. IX, 125. — retrahit unda, Æ. X, 307. — reportat, Æ. XI, 764. — fervidus urguet, Æ. XII, 748. — marmoreum retulit, Cir. 256. — *pede* prosubigit terram, G. III, 256. — crebro ferit terram equus, G. III, 499. — reppulit amnes, G. IV, 233. — secundo adi sacra, Æ. VIII, 302. — secundo adsis, Æ. X, 255. — lævo pressit exanimem, Æ. X, 495. — lævo projecto, Æ. X, 587. — posito nixus, Æ. X, 736. — collo impresso, Æ. XII, 356. — æquo congressos, Æ. XII, 465. — pedem trepidi urguet, Æ. XII, 748. — liquido labitur unda, Cu. 17. — tenui currere carmina, Cu. 34. — molli claudere versum, Cir. 20. — quo te, Mœri, *pedes*, E. IX, 1. — in octo protentus, G. I, 171. — tentatura, G. II, 94. — ante, G. IV, 458. — ad imos defluxit vestis, Æ. I, 404. — per tumentes trajectus lora, Æ. II, 273. — complexa, Æ. II, 673. — ante pedes Æneæ stetit, Æ. V, 381. — projecit galeam, Æ. V, 673. — pedes implicuit, Æ. XI, 752. — patrui turgidos, Cat. V, 40. — *pedum* sonitus visus adesse, Æ. II, 732. — sonitum, Æ. III, 648. — cursu, Æ. V, 67. — motu melior, Æ. V, 430. — pulsu, Æ. VII, 722. — cursu, Æ. VII, 807. — plantis circumdat vincula, Æ. VIII, 458. — plantis, Æ. XI, 573. — adventum audivit, Æ. XI, 911. — pulsu, Æ. XII, 335, 445. — *pedibus* qui spargat arenam, E. III, 87. — sub, E. V, 57; G. I, 243. — æquabis arenas, G. II, 232. — connexæ, G. IV, 257. — subjecit fatum, G. II, 492. — sub pedibus deæ teguntur, Æ. II, 227. — pedibus subjiciunt lapsus rotarum, Æ. II, 235. — uncis circumvolat prædam, Æ. III, 233. — celerem, Æ. IV, 180. — nectit talaria, Æ. IV, 239. — sub pedibus terram mugire videbis, Æ. IV, 491. — pedibus uncis rapuit, Æ. V, 255. — sub pedibus mugire solum, Æ. VI, 256. — pedibus plaudunt choreas, Æ. VI, 644. — per mutua nexis, Æ. VII, 66. — sub pedibus verti omnia, Æ. VII, 100. — pedibus rectis ne forent vestigia, Æ. VIII, 209. — timor addidit alas, Æ. VIII, 224. — protrahitur cadaver, Æ. VIII, 264. — melior Lycus, Æ. IX, 556. — uncis sustulit leporem, Æ. IX, 564. — spargat arenam, Æ. IX, 629. — ne fidite, Æ. X, 372. — in fugacibus istis erit tibi Mavors, Æ. XI, 390. — uncis eviscerat, Æ. XI, 723. — uncis rapit cycnum, Æ. XII, 250. — equorum pulsatus, Cu. 32. — teneris servans Sicyonia, Cir. 169. — teneris confixit ungues, Cir. 507.

Pestifer: pestiferas aperit fauces, Æ. VII, 570.

Pestis acerba boum, coluber, G. III, 419. — nec ulla sævior sese extulit, Æ. III, 215. — descendit corpore, Æ. V, 683. — aspera latet, Æ. VII, 505. — hæc dira pulsa meo vulnere cadat, Æ. XI, 792. — sonans se fertque refertque, Æ. XII, 865. — hæc debita fuerit, Cir. 456. — *pesti* futuræ devota, Æ. I, 712. — *pestem* meditata Juno, G. III, 153. — avertite talem, Æ. III, 620. — depellere, Æ. IX, 328. — belli evadere, Æ. X, 55. — *peste* tali teneri, Æ. IV, 90. — a peste servatæ carinæ, Æ. V, 699. — peste quæ caret, Æ. IX, 540. — *pestes* variæ illudant, G. I, 181. — multæ pecudum, G. III, 471. — corporeæ omnes excedunt, Æ. VI, 737. — geminæ dicuntur Diræ, Æ. XII, 845. — æquoreæ conveniunt, Cir. 451.

Peto tempus inane, Æ. IV, 433. — non jam prima, Æ. V, 194. — si peto concessa, Æ. V, 798. — non peto exuvias, Æ. XI, 791. — peto mihi regna, Æ. XII, 190. — quidve *petis* hinc? G. IV, 446. — petis consulta, Æ. VI, 151. — quid petis ex alto caussas, Æ. VIII, 395. — quid petis istis? Æ. IX, 94. — quam petis puellam, Cat. IV, 2. — *petit* me malo, E. III, 64. — urbem excidiis, G. II, 505. — æthera altum sol, G. III, 358. — campum amnis, G. III, 522. — prospectum pelago, Æ. I, 181. — hinc portum, Æ. I, 194. — dextra amicum Ilionea, Æ. I, 611. — reginam ille, Æ. I, 717. — summa scopuli, Æ. V, 180. — maria prona, Æ. V, 212. — quem, Æ. V, 226. — secreta Sibyllæ, antrum, Æ. VI, 11. — illam Turnus, Æ. VII, 55. — tecta Tyranni, Æ. VII, 343. — tecta, Æ. VII, 512. — sedem Cocyti, Æ. VII, 562. — cursu ardua montis, Æ. VIII, 221. — speluncam, Æ. VIII, 224. — sedem Evandri, Æ. IX, 9. — Volscentem per omnes, Æ. IX, 439. — muros et agmina cursu, Æ. IX, 479. — Ascanium, Æ. IX, 646. — ultro Ænean, Æ. X, 313. — hinc Sthenelum, Æ. X, 388. — quem Pallas, Æ. X, 420. — terram ore, Æ. X, 489. — æquora Turnus, Æ. XII, 742. *petimus* terram submissi, Æ. III, 93. — hunc fessi, Æ. III, 276. — Evandrum, Æ. VIII, 119. — *petitis* Italiam cursu, Æ. III, 253. — quid petitis? Æ. VII, 197. — dextra quam petitis, Æ. VIII, 169. — *petunt* nebulæ magis ima, G. I, 402. — tecta frondea, G. IV, 62, 187. — mortem pulchram, G. IV, 218. — quid? Æ. II, 151. — Laocoonta agmine certo, Æ. II, 213. — Tritonidis arcem, Æ. II, 226. — litora cursu, Æ. II, 400. — portus, Æ. V, 32. — furtim sicubi saxa, Æ. V, 678. — quid animæ? Æ. VI, 319. — hinc responsa, Æ. VII, 86. — alta, Æ. VIII, 691. — ima æquora, Æ. IX, 120. — hæc monstra Trojanos, Æ. IX, 128. — castra per umbram, Æ. IX, 315. — mortem per vulnera, Æ. XI, 647. — tuta, Æ. XI, 871. — *petebam* primum, Æ. II, 636. — *petebas* me fraude, Æ. IV, 675. — *petebat* sedem et secreta Æneæ, Æ. VIII, 463. — juga nemorum, Æ. XI, 544. — auxilium ducto mucrone, Æ. XII, 378. — plura a paupere, Mor. 65. — *petebant* templum clamore, Æ. I, 519. — multi illam, Æ. VII, 54. — *petivi* montem sublato genitore, Æ. II, 804. — votis, Æ. XII, 259. — delubra flamma, Cir. 424. — quod mente tota *petisti*, Æ. IV, 100. — quam petisti bello, Æ. XII, 359. — *petivit* lævam remis ventisque cohors, Æ. III, 563. — sic castra, Æ. V, 668. — manu in vincla custodem, Æ. VI, 395. — somnos, Æ. VII, 88. — horrenda terras, Æ. VII, 323. — soporem per membra, Æ. VIII, 405. — amplexus nati, Æ. VIII, 615. — sceptra et sedem Evandri, Æ. IX, 9. — Italiam auctoribus fatis, Æ. X, 67. — Ænean, Æ. X, 343. — castra, Æ. X, 635. — silvas, Æ. XI, 813. — terras, Æ. XII,

860. — quacunque viam, Æ. XII, 913. — montis juga, Cu. 45. — quam certatim, Cir. 412. — *petiere* altum aves, G. II, 210. — vento Mycenas, Æ. II, 180. — per agros tecta metu, Æ. IV, 164. — quondam rates, Æ. VI, 492. — nos gentes, Æ. VII, 238. — Italiam numine invito, Æ. X, 32. — æthera pennis, Æ. XI, 272. — *petam* supplex connubia, Æ. IV, 535. — *petet* exuvias hastis, Æ. II, 646. — ille fugam, Æ. XII, 263. — *petemus* pelagus Trojamne? Æ. X, 378. — *pete* summa flagella, G. II, 300. — regna per undas, Æ. IV, 381. — saxa, Æ. V, 166. — congressus meos per Averna, Æ. V, 733. — sociare natam, Æ. VII, 96. — *petito* saltus, G. II, 197. — jam cornu *petat*, E. III, 87; Æ. IX, 629. — auxilium, Æ. VIII, 10. — quid petat, Æ. X, 150. — litora nando, Æ. X, 684. — *petamus* læti Italiam Latiumque, Æ. I, 554. — regem Acestem, Æ. I, 558. — regna Gnosia, Æ. III, 115. — Cretam proavosque, Æ. III, 129. — petamus diversa a portu, Æ. VII, 132. — *peterem* ut te, Æ. VI, 116. — quid si non *peteres* arva aliena, Æ. IV, 312. — *peteret* cum Pergama, Æ. I, 651. — quo cursu deserta *petiverit*, E. VI, 80. — *petere* cursu litora contendunt, Æ. I, 158. — Italiam, Æ. III, 364. — agmen partes easdem cernimus, Æ. VII, 69. — alta pelagi parabat, Æ. IX, 81. — fluvium, Æ. IX, 790. — *petiisse* vento Mycenas, Æ. II, 25. — bello Penates, Æ. III, 603. — *petens* alta, G. I, 142; Æ. V, 508. — antra, G. IV, 429. — pacem, G. IV, 535. — litora nota, Æ. II, 256. — te, Palinure, Æ. V, 840. — responsa Latinus, Æ. VII, 92. — alta prædo, Æ. VII, 362. — ima, Æ. VIII, 67. — alta armiger Jovis, Æ. IX, 564. — oscula, Cu. 292. — patriam, Cu. 342. — *petentis* fœde ossa, Cu. 195. *petenti* dedit responsum, E. I, - non adversata adnuit, Æ. IV, 127. — da, nate, Æ. IX, 83. — mihi jurabas, Cir. 234. — *petentem* nova regna auxilio Beli, Æ. I, 620. — litora Polyphemum, Æ. III, 657. — Salamina Priamum, Æ. VIII, 158. — natam et connubia nostra, Æ. XII, 42. — *petentes* dicta Scironis, Cat. VII, 9. — *petentibus* arva Teucris, Æ. VIII, 551. — *petitur* si gener, Æ. VII, 367. — *petuntur* præmia levia, Æ. XII, 764. — virgultis labrusca, Cu. 52. — *petuntur* tibi æquora læva, Æ. III, 412. — *peteretur* Troja classibus per æquora, Æ. IV, 313. — *petitum* bis sex locis thoraca, Æ. XI, 9. — *petenda* sedes apibus, G. IV, 8. — *petendam* pacem ab rege, Æ. XI, 230.

Petulcus: petulci hædi, G. IV, 10.

Phalanx Argiva ibat navibus instructis, Æ. II, 254. — mœsta Teucrique sequuntur, Æ. XI, 92. — animosa, fratres, Æ. XII, 277. — Tuscorum, Æ. XII, 551. — *phalanges* Agamemnoniæ trepidare, Æ. VI, 489. — Argivæ quem non potuere sternere, Æ. XII, 544. — densæ stant utrimque, Æ. XII, 662.

Phalarica contorta venit magnum stridens, Æ. IX, 705.

Phalera: phaleras Rhamnetis rapit, Æ. IX, 359. — sudore receptas adgnoscunt, Æ. IX, 458. — *phaleris* insignem equum, Æ. V, 310.

Pharetra cui ex auro, Æ. IV, 138. — *pharetram* Cressam, G. III, 345. — gestare mos est, Æ. I, 336. — illa fert humero, Æ. I, 500. — Amazoniam plenam habeto, Æ. V, 311. — Lyciam gerat, Æ. VII, 816. — insignem mihi dedit, Æ. VIII, 166. — sonantem sensere, Æ. IX, 660. — *pharetra* succinctam, Æ. I, 323. — depromе sagittam, Æ. XI, 590. — aurata depromsit sagittam, Æ. XI, 859. — fulgenti depromens tela, Cir. 160. — picta, Cat. VI, 10. — *pharetras* læves ferunt, Æ. V, 558. — nostras gessisse, Æ. XI, 844. — *pharetris*

sumtis, G. II, 125. — depromunt tela, Æ. V, 501.

Pharetratus: pharetrata Camilla, Æ. XI, 649. — *pharetratæ* Persidis vicinia, G. IV, 290.

Philomela pararit dapes, E. VI, 79. — mœrens queritur fetus amissos, G. IV, 511. — flet noctem, G. IV, 514. — implet loca questibus, G. IV, 515.

Phoca: phocæ insolitæ fugiunt in flumina, G. III, 543. — sternunt se somno diversæ, G. IV, 432. — *phocas* turpes pascit Proteus, G. IV, 395.

Piaculum: piacula monstrata secum ducat, Æ. IV, 636. — prima annto, Æ. VI, 153. — commissa quæ quis distulit, Æ. VI, 569.

Picea: picea nigranti obscurus lucus, Æ. IX, 87. — *piceæ* nocentes, G. II, 257. — procumbunt, Æ. VI, 180.

Piceus: piceum lumen, Æ. IX, 75. — flumen, Æ. IX, 813. — *piceo* turbine, Æ. III, 573. — *picea* caligine, G. II, 309.

Pico: picato cado, Cop. 11.

Pictura: picturæ decus manet, Cu. 64. — *pictura* inani animum pascit, Æ. I, 464.

Picturatus: picturâtas auri subtemine vestes, Æ. III, 483.

Pietas tua plurima texit te, Æ. II, 430. — si qua est, Æ. II, 536. — antiqua respicit labores, Æ. V, 688. — nec ulla mitigat, Æ. V, 783. — tua spectata vicit iter, Æ. VI, 688. — heu pietas! Æ. VI, 879. — pietas si qua est, Æ. IX, 493. — tua te fallit, Æ. X, 812. — *pietatis* honos hic? Æ. I, 253. — tantæ imago, Æ. VI, 405. — patriæ imago, Æ. IX, 294; X, 824. — præmia, Cu. 224. — honores, Cu. 224. — sedes, Cu. 368. — imago, Cir. 263. — *pietate* insignem virum, Æ. I, 10. — gravem virum, Æ. I, 151. — si meremur, Æ. II, 690. — nati felix, Æ. III, 480. — insignis, Æ. VI, 403. — egregius, Æ. VI, 769. — hic prior, Æ. XI, 292. — freti, Æ. XI, 787. — ire supra deos, Æ. XII, 839. — pro sua, Cir. 524.

Piger: pigræ apes contracto frigore, G. IV, 259.

Piget cognoscere, G. I, 177. — incepti, Æ. V, 678. — *pigebit* nec me meminisse, Æ. IV, 335. — nec Ausonios excepisse, Æ. VII, 233.

Pignus amoris quem dederat, Æ. V, 538. — sui amoris, Æ. V, 572. — solum inviolabile pacis poscimus, Æ. XI, 363. — *pignore* quo mecum certes, E. III, 31. — præsenti firmat animum, Æ. III, 611. — *pignora* cara sui, E. VIII, 92. — hæc debent Daphnin, E. VIII, 93.

Pila saxea qualis cadit, Æ. IX, 711. — lapsa fugit, Cir. 149.

Pilatus: pilata agmina, Æ. XII, 121.

Pilentum: pilentis in mollibus, Æ. VIII, 666.

Pilum: pila exesa robigine, G. I, 495. — manu gerunt, Æ. VII, 664.

Pineus ardor, Æ. XI, 786. — *pinea* silvâ, Æ. IX, 85. — plaga, Æ. XI, 320. — claustra, Æ. II, 258.

Pingo: pingit vaccinia caltha, E. II, 50. — tempora moris, E. VI, 22. — *pingunt* pallore corymbos, Cu. 142. — *pinguntur* prælia cocco, Cir. 31. — *pictus* acu chlamydem, Æ. IX, 582. — acu tunicas, Æ. XI, 777. — *picta* purpura, Æ. VII, 252. — croco et murice vestis, Æ. IX, 614. — tellus, Cu. 69. — capillos styrace, Cir. 168. — pharetra, Cat. VI, 10. — *pictai* (*pictæ*) vestis dives, Æ. IX, 26. — *pictum* acantho velamen, Æ. I, 711. — *picto* limbo, Æ. IV, 137. — *picta* tua templa tabella ornabo, Cat. VI, 5. — *picti* terga lacerti, G. IV, 13. — Agathyrsi, Æ. IV, 146. — scuta Labici, Æ. VII, 796. — *pictæ* volucres, G. III, 243; 525. — *pictos* Gelonos, G. II, 115. — Æ. IV, *pictas* puppes, Æ. V, 663. — carinas, Æ. VII, 431; VIII, 93. — *pictis* faselis vehitur, G. IV, 289. — pellibus, G. IV, 342. — toris, Æ. I, 708; IV, 206. — tapetis, Æ. VII, 277. — ipse Pallas conspectus in pictis armis, Æ. VIII, 588; XI, 660; XII, 281.

Pinguesco : pinguescere campos sanguine, G. I, 492.

Pinguis caseus, E. I, 35. — arenis turiferis Panchaia, G. II, 139. — humus, G. II, 184. — Tyrrhenus, G. II, 193. — terra, G. II, 203. — tellus, G. II, 248. — ara, Æ. VII, 764; IX, 585. — hostia, Æ. XI, 740. — *pinguis* arenæ, G. I, 105. — campi agros, G. II, 274. — ferinæ, Æ. I, 215. — olivi, E. V, 68. — *pinguem* olivam, G. II, 425. — tiliam, G. IV, 183. — humum, Æ. VI, 195. — pyram, Æ. VI, 214. — *pingue* solum, G. I, 64; Æ. IV, 202. — oleum, Æ. VI, 254. — *pingui* in ervo, E. III, 100. — arista, G. I, 8. — fimo, G. I, 80; G. II, 347. — sub cortice, G. II, 304. — denso distendere, G. III, 124. — sero pasce, G. III, 406. — arvina, Æ. VII, 627. — flumine, Æ. IX, 31. — myrrha, Cir. 438. — madens natio, Cat. VII, 4. — cum populo, Cat. XI, 64. — *pingues* oves, E. VI, 4. — tædæ, E. VII, 49. — verbenas, E. VII, 65. — palea culmos, G. I, 192. — agni, G. I, 341. — olivæ, G. II, 85. — hædi, G. II, 525. — unguine ceras, G. III, 450. — hortos, G. IV, 118. — agnos centum, Æ. I, 635. — ad aras, Æ. IV, 62. — *pinguia* electra, E. VIII, 54. — dumeta, G. I, 15. — pabula, G. I, 87. — exta, G. II, 396. — igni defruta, G. IV, 268. — culta, G. IV, 372; Æ. VIII, 63; X, 141. — *pinguibus* arvis, E. V, 33. — terris, G. II, 92. — stabulis, G. IV, 14.

Pinifer Mænalus, E. X, 14. — Vesulus, Æ. X, 708. — *piniferum* caput, Æ. IV, 249.

Pinna : pinnæ puniceæ formidine agitant cervos, G. III, 372. — *pinnis* cingit sedem, Æ. VII, 159.

Pinus nautica mutabit merces, E. IV, 38. — in hortis, E. VII, 65. — uberrima, G. IV, 141. — trunca regit manum, Æ. III, 659. — pondere tarda tenet, Æ. V, 153. — cava eruta concidit, Æ. V, 449. — edita decorat silvas, Cu. 135. — semper florida, Cu. 406. — pronuba accendet odores, Cir. 439. — *pinum* tempestivam evertere, G. I, 256. — flagrantem sustinet, Æ. VII, 397. — Etruscam quassabat, Æ. XI, 522. — *pinu* pendebit, E. VII, 24. — ex alta suspendunt, G. II, 389. — flagranti implet manum, Æ. IX, 72. — infesta quos ducebat, Æ. X, 206. — *pinus* te vocabant, E. I, 39. — Idææ sumus, Æ. X, 230. — *pinos* loquentes, E. VIII, 22. — utile lignum dant, G. II, 443. — ferens de montibus, G. IV, 112. — *pinus* sacras exurere, Æ. IX, 116. — actas ad sidera evertunt, Æ. XI, 136.

Pio : piabunt culpam morte miserorum, Æ. II, 140. — ossa, Æ. VI, 379. — *piaret* quæ nefas, Æ. II, 184. — *piasses* jura jurando, Cir. 155.

Pirus : piri flore incanuit ornus, G. II, 72. — *pirum* mutatam ferre mala, G. II, 34. — eduram, G. IV, 145. — *piros* insere, E. I, 741; IX, 50. — *piris* Crustumiis Syriisque, gravibusque volemis, G. II, 88.

Piscis dum amabit fluvios, E. V, 76. piscis aquosi sidus, G. IV, 234. — *pisces* impasti lambent vulnera, Æ. X, 560. — nudos destituent freta, E. I, 61. — inter infidos committere, Cir. 485. — *piscibus* explet ingluviem, G. III, 430. — et juncto equorum curru metitur æquor, G. IV, 388. — vallata repente, Cir. 79. — junctis metitur æquor, Cir. 394.

Piscosus : piscosæ Lernæ flumina, Æ. XII, 518. — *piscoso* amne, Æ. XI, 457. — *piscosos* circum scopulos, Æ. IV, 255.

Pistillus gravior ibat, Mor. 111. — *pistillo* mollit allia, Mor. 100.

Pistrix immani corpore postrema, Æ. III, 427.

Pius Æneas, Æ. I, 220 et alibi. — Æneas sum, Æ. I, 378. — Arcitenens, Æ. III, 75. — *pia* est caussa, Cir. 157. — *pio* generi parce, Æ. I, 526. — amore, Æ. V, 296. — Æneæ, Æ. V, 418. — farre, Æ. V, 745. — ore, Æ. VI, 530. — sanguine, Æ. X,

617. — jure, Cir. 335. — ferro, Cir. 366. —*pia* vitta, Æ. IV, 637. — sede, Cu. 38, 374: —*pii* vates, Æ. VI, 662. —Troes, Æ. VII, 21.—*piorum* vatum, Æ. IV, 464.—concilia, Æ. V, 734. — sede, Cu. 294.—*pios* si qua respectant numina, Æ. I, 603. — servate placidi, Æ. III, 266. — secretos addit, Æ. VIII, 670. — *pias* manus, Æ. III, 42. — *pia* numina, Æ. IV, 382. — *piis* dî meliora, G. III, 513. — manibus, Æ. IV, 517. — animis, Æ. VII, 401. — divis, Cir. 219.

Pix: picis atræ massam, G. I, 275. — in morem, G. II, 250. — Narycise lucos, G. II, 438. —*pice* Idæ lentius gluten, G. IV, 41. — per pice torrentes ripas, Æ. IX, 105; X, 114. — *pices* Idæas miscent, G III, 450.

Placabilis ara Dianæ, Æ. VII, 764. —ara Palici, Æ. IX, 585. —*placabile* ulli numen, Cu. 270.

Placeo: placet si superis nihil relinqui, Æ. II, 659. — ire oratores, Æ. XI, 332. — id. Æ. XI, 435. —*placent* nec carmina nobis, E. X, 62. — *placuit* concurrere gentes, Æ. XII, 503. — *placeant* silvæ nobis, E. II, 62. — mihi rura, G. II, 485. — *placuisse* apibus morem, G. IV, 197. — *placitura* haud tyranno dicta refer, Æ. XII, 76. — sic *placitum*, Æ. I, 283. — placitum fœdus, Æ. X, 15; paucis collem, Cir. 8. — *placito* amori, Æ. IV, 38.

Placide amplexus tumulum lubricus anguis, Æ. V, 86.

Placidus juves, Æ. IV, 578. —*placidum* caput, Æ. I, 127. — soporem, Æ. IV, 522; VIII, 405.—liquorem, Cu. 147.—per pelagus, Cu. 344.—*placidi* salis vultum, Æ. V, 848.—*placidæ* paludis, Æ. VIII, 88.—*placidæ* morti, Æ. VI, 522. — *placidam* quietem, Æ. I, 691; IV, 5; Cir. 343.—*placido* pectore, Æ. I, 521; Cu. 96. — ore, Æ. VII, 194; XI, 251. — æquore, Æ. VIII, 96. — *placida* pace, Æ. I, 249. — quiete, Æ. V, 836; IX, 187. — nocte, Æ. VII, 427. — in pace, Æ. VIII, 325. — morte, Æ. IX, 445. — conjuge, Cir. 509. — *placidi* servate pios, Æ. III, 266. — venti, Æ. V, 763. — *placidas* aures, Æ. IV, 440. — domos, Æ. VI, 705. — urbes et arva regebat, Æ. VII, 46. —*placida* æquora, Æ. X, 103. — *placidis* sedibus, Æ. VI, 370. — *placidissima* hæc fessos accipit portu, Æ. III, 78.

Placitum: si ultra placitum laudarit, E. VII, 27.

Placo: placat tumida æquora, Æ. I, 142. — *placastis* sanguine ventos, Æ. II, 116. — *placemus* ventos, Æ. III, 15. — *placarit* nemora, Æ. VI, 804. — *placatam* Eurydicen venerabere, G. IV, 546. — *placati* primum animi, Æ. XI, 300. — *placata* maria, Æ. III, 69.

Plăgă (regio) solis quem dirimit, Æ. VII, 227. — pinea montis cedat amicitiæ, Æ. XI, 320.—*plaga* ætheria lapsa Jovis ales, Æ. I, 394.—ætheria videbat Apollo acies, Æ. IX, 638.—*plagarum* quatuor in medio, Æ. VII, 226.—*plagæ* ruunt, Æ. IV, 131.

Plāgă (vulnus): *plagam* ferentis Æneæ, Æ. X, 797.—ferenti Ebuso, Æ. XII, 299.—*plagæ* dant animos, Æ. VII, 383. —*plagas* victoris, G. III, 221. — *plagis* perempto, G. IV, 301.

Plango: plangunt litora, G. I, 334. —*plangat* ictus fraternos, Cu. 140. — *plangentia* agmina, Æ. XI, 145.

Plangor qui tantus ad auras? Æ. VI, 561. — *plangoribus* femineis ululant ædes, Æ. II, 487. — magnis resonat æther, Æ. IV, 668. — resonant ædes, Æ. XII, 607.

Planities ignota jacet super hanc, Æ. XI, 527.

Planta spatiosa prodiga, Mor. 35. —*plantæ* feraces immittuntur, G. II, 80. — *plantas* teneras, E. X, 49. — abscindens, G. II, 23. — deposuit sulcis, G. II, 24. — destringe ex arbore, G. II, 300. — feraces figat humo, G. IV, 115. — celeres tingueret

æquore, *Æ*. VII, 811. — varias deponere, Mor. 69. — *plantis* nascuntur coruli G. II, 65. — alatis tetigit magalia, *Æ*. IV, 259. — pedum circumdat vincula, *Æ*. VIII, 458. — primis pedum institerat vestigia, *Æ*. XI, 573. — pernicibus transit equum, *Æ*. XI, 718.

Plantarium : plantaria viva exspectant, G. II, 27.

Planus : plano ponere vitem melius, G. II, 273.

Platanus : platanum umbras ministrantem, G. IV, 146. — *platani* steriles gessere malos, G. II, 70. — *platanus* aereæ patentes surgebant, Cu. 123.

Plaudo : plaudunt pedidus choreas, *Æ*. VI, 644. — *plaudentem* alis columbam, *Æ*. V, 516. — *plaudente* chorea, Cu. 19. — *plauduntur* telæ pectine, Cir. 179. — *plausæ* cervicis sonitum, G. III, 186. — *plausa* pectora, *Æ*. XII, 86.

Plaustrum : plaustra tarda volventia, matris Eleusinæ, G. I, 163. — decedere domum, G. II, 206. — stridentia trahant, G. III, 536. — *plaustris* tympana trivere, G. II, 444. — gravibus juga ducere, G. III, 140. — hospita unda, G. III, 362. — gementibus vectare ornos, *Æ*. XI, 138.

Plausus geminatus, G. II, 509. — *plausum* ingentem dat, *Æ*. V, 215. — *plausu* ingeminant Tyrii, *Æ*. I, 747. — nemus circumsonat, *Æ*. V, 148. — volat fremituque secundo, *Æ*. V, 338. — ingenti omnia sonuerunt, *Æ*. V, 506. — excipiunt pavidos, *Æ*. V, 575. — lætitia, ludisque viæ fremebant, *Æ*. VIII, 717.

Plebs : plebis patrumque plausus, G. II, 509. — corpora, G. IV, 95. — *plebem* multam sine nomine subit, *Æ*. IX, 343.

Plenus : quæ regio non *plena* nostri laboris, *Æ*. I, 460. — plena luna, *Æ*. III, 152. — *plenæ* mensæ pocula, *Æ*. XI, 738. — ad *plenum* calcentur ---æ, G. II, 244. — *plenam* sagittis pharetram, *Æ*. V, 311. — *pleno* campo, G. III, 390. — velo, *Æ*. I, 400. — auro, *Æ*. I, 739. — flumine, *Æ*. VIII, 62. — ovili, *Æ*. IX, 59. — *plena* voce, G. I, 388. — acerra, *Æ*. V, 745. — *plenæ* crura thymo, G. IV, 181. — *plenos* sanguine rivos, *Æ*. IX, 456. — *plena* omnia Jovis, E. III, 60. — omnia muneribus, G. II, 4. — flumina, G. III, 143. — præsepia, G. III, 495. — pocula, G. IV, 378. — per ovilia, *Æ*. IX, 339. — *plenis* calathis, E. II, 45. — fossis, G. I, 372. — labris, G. II, 6. — canistris, G. IV, 280. — velis, *Æ*. V, 281. — manibus, *Æ*. VI, 884. — annis, *Æ*. VII, 53. — viis, *Æ*. XI, 236. — portis, *Æ*. XII, 121.

Plico : plicantem se in membra sua retentat pars, *Æ*. V, 279.

Pluma mollis intexens varios colores, Cir. 502. — ahenis in *plumam* squamis, *Æ*. XI, 771. — *pluma* molli canentem senectam, *Æ*. X, 192. — *plumæ* quot sunt corpore, *Æ*. IV, 181. — *plumas* nantes colludere, G. I, 369. — *plumis* accipiunt vim, *Æ* III, 242.

Plumbus : plumbi liventis glandes, *Æ*. VII, 687. — *plumbo* insuto rigebant, *Æ*. V, 405. — liquefacto diffidit tempora, *Æ*. IX, 588.

Pluo : pluit tantum glandis de ilice, G. IV, 81. — in terris, *Æ*. X, 807.

Plurimus ignis, E. VII, 49. — Jupiter descendet imbri, E. VII, 60. — oleaster, G. II, 183. — volitans, G. III, 147. — urbi qui imminet, *Æ*. I, 419. — Eridani amnis, *Æ*. VI, 659. — fumus, *Æ*. VIII, 257. — rubor, *Æ*. XII, 65. — *plurima* nux, G. I, 187. — fluxit auro, G. II, 166. — cervix, G. III, 52. — unda, G. IV, 419. — mortis imago, *Æ*. II, 369. — tua pietas, *Æ*. II, 429. — purpura, *Æ*. V, 250. — canities, *Æ*. VI, 299. — turba, *Æ*. VI, 667. — vento corripuit tabulas, *Æ*. IX, 536. — virtus, *Æ*. XI, 312. — terra, *Æ*. XII, 690. — *plurima* nascuntur Ponto, E. VIII, 96. — quæ

monstra, G. I, 184. — funduntur folia, G. IV, 274. — accepit vulnera, Æ. II, 278. — corpora, Æ. II, 364. — quæ enumerare vales, Æ. IV, 333. — monstra, Æ. VII, 269. — debetem natis, Æ. VIII, 379. — quæ fulmina dejicit, Æ. VIII, 427. — luserat, Æ. IX, 335. — conantem, Æ. IX, 398. — quæ mitti jubes, Æ. XI, 351.

Plus: quo plus se jactet, E. VI, 73. — justa parte, G. I, 35. — plus (quàm) septima æstas, G. IV, 207. — *plures* calamos, E. II, 32. — vias, G. I, 89. — naves, Æ. XI, 327.

Pluvia: pluviam ne colligat nox, E. IX, 63. — vocat cornix, G. I, 388. — denuntiat, G. I, 453. — *pluvia* ingenti, G. I, 325. — carebunt dies, G. I, 435. — impendente, G. IV, 191. — gravantur papavera, Æ. IX, 437. — *pluviæ* tenues, G. I, 92. — tenebant vacuum casula, Mor. 67. — *pluvias* discere signis, G. I, 352.

Pluvialis: pluvialibus austris madent terræ, G. III, 429. — hædis, Æ. IX, 668.

Pluvius: pluvio frigore, G. III, 279. — *pluvias* Hyadas, Æ. I, 744; III, 516.

Poculum: pocula ponam fagina, E. III, 36. — fecit Alcimedon, E. III, 44. — bina, E. V, 67. — ad pocula venient damæ, E. VIII, 28. — Acheloia miscuit uvis, G. I, 9. — infecere novercæ, G. II, 128. — inter pocula saluere, G. II, 383. — pocula vitea imitantur fermento, G. III, 379. — sunt fontes liquidi, G. III, 529. — plena reponunt, G. IV, 379. qui ponant, Æ. I, 706. — Bacchi libabant, Æ. III, 354. — inter lævia serpens, Æ. V, 91. — sublata reponi jubet, Æ. VIII, 176. — porgite dextris, Æ. VIII, 274. — perfecta argento atque aspera signis dabo, Æ. IX, 264. — mensæ plenæ exspectare, Æ. XI, 738. — Alconis Boetique referent, Cu. 65. — dulcis pocula Bacchi contingere, Cir. 229. — dura nimio mero, Cat. XIV, 2.

Podagra: podagras turpes ferat, G. III, 299.

Pœna fit merenti, pœna fit exitium, Cu. 228, 229. — respectus manet, Cu. 268. — *pœnæ* verbera, Cu. 218. — *pœnam* per omnem traxe (traxisse) relliquias, Æ. V, 786. — inclusi exspectant, Æ. VI, 614. — quam ne quære doceri, Æ. VI, 615. — ad pœnam vocabit natos, Æ. VI, 822. — pœnam sumit, Æ. XII, 949. — se futuram gnati morte, Cu. 113. — pro capillo solvens, Cir. 52. — votorum dictam Veneri vertere, Cir. 84. — *pœna* non simili commissa luere, Æ. I, 136. — in feminea nullum est nomen, Æ. II, 584. — sine pœna, Cir. 520. — *pœnæ* tristes densentur, Cu. 232. — ab judice me cogunt, Cu. 376. — *pœnarum* nomina, Æ. VI, 627. — exhaustum satis est, Æ. IX, 356. — *pœnas* dat Scylla, G. I, 405. — suscitat tibi, G. IV, 455. — cum sanguine poscunt, Æ. II, 72. — jamdudum sumite, Æ. II, 103. — ad pœnas quos reposcent, Æ. II, 139. — pœnas dant sanguine, Æ. II, 366. — Danaum præmetuens, Æ. II, 572. — sceleratas sumere, Æ. II, 576. — merentes sumsisse, Æ. II, 586. — dabis, Æ. IV, 386. — recepi a fratre, Æ. IV, 656. — pendere, Æ. VI, 20. — tam crudeles sumere, Æ. VI, 501. — reposco, Æ. VI, 530. — malorum exercet, Æ. VI, 543. — ipsa deum docuit, Æ. VI, 565. — crudeles dantem Salmonea, Æ. VI, 585. — pendetis sanguine, Æ. VII, 595. — patrias explerit, Æ. VII, 766. — quas mihi dabis, Æ. VIII, 538. — scelerum addit, Æ. VIII, 668. — amborum persolves sanguine, Æ. IX, 422. — det Teucris, Æ. X, 617. — tales expendere, Æ. X, 669. — debueram patriæ, Æ. X, 853. — scelerum expendimus, Æ. XI, 258. — det pariter sanguine, Æ. XI, 592. — sumit, Æ. XI, 720. — reddidit, Cu. 336. — exegit, Cir. 74. — tibi dabit, Cir. 194.

— *pœnis* quibus urguentur? Æ. VI, 561. — viscera fecunda, Æ. VI, 598. — exercentur, Æ. VI, 739.

Pœnitet nec nostri illas, E. X, 16.— *pœniteat* nec te trivisse labellum, E. II, 34. — te pecoris, E. X, 17. — nec te certasse priorem officio, Æ. I, 549.

Poeta : poetæ Ascræo æmulus, Cu. 95. — *poetam* nascentem ornate, E. VII, 25. — me fecere, E. IX, 32. — vestrum cecinisse, E. X, 70. — divine *poeta*, E. V, 45; X, 17. — *poetæ* Graii meminere, G. III, 90. — magni perhibent, Cir. 54.

Polio : polibant ægida squamis auroque, Æ. VIII, 436. — *poliantur* tibi carmina, Cu. 10. — *politus* falce deus, Cu. 85. — *polita* jam parte, Æ. VIII, 426.

Polleo : pollens cæruleo regno conjux, Cir. 483. — *pollentis* quondam Nisi, Cir. 411. — *pollentem* sibi velat coma, Cu. 73.

Pollex : pollice virgineo demessum florem, Æ. XI, 68.

Polliceor : quæ tibi, Æ. IX, 301. — futuros comites deos, Cir. 339. — *pollicitus* certe es, Æ. I, 237.

Polluo : polluit ore dapes, Æ. III, 234. — *pollutum* hospitium, Æ. III, 61. — *polluto* amore, Æ. V, 6. — *polluta* pace, Æ. VII, 467.

Polus dum sidera pascet, Æ. I, 608. — lucidus æthra, Æ. III, 586. — *polum* cinxere cœtu, Æ. I, 398. — involvens umbra, Æ. II, 251. — tenebat nox, Æ. V, 721. — *polo* dimoverat umbram, Æ. III, 589; IV, 7. — palantes stellas, Æ. IX, 21. — labere, Æ. XI, 588. — supero fulgens, Cat. XI, 28. — *poli* intonuere, Æ. I, 90.

Pompa hæc referret me, Æ. XI, 163. — *pompas* sollennes ducere, G. III, 22. — sollennes ordine exsequerer, Æ. V, 53.

Pomum : poma in arbore pendent, E. I, 38. — mitia, E. I, 81. — jacent sub arbore, E. VII, 54. — carpent nepotes, E. IX, 50. — oblita succos degenerant, G. II, 59. — non miratur sua, G. II, 82. — nascuntur, G. II, 87. — senserunt truncos valentes, G. II, 426. — matura tenebat arbos, G. IV, 134. — *pomis* vilibus onerat, G. I, 274. — bis utilis arbos, G. II, 150. — sua nomina servat, G. II, 240. — exuberet annus, G. II, 516. — induerat se arbos, G. IV, 142. — agrestibus augent solum, Æ. VII, 111.

Pondus ignotum argenti et auri, Æ. I, 359. — versat, Æ. V, 407. — *ponderis* acti tormento in morem, Æ. XI, 616. — *pondere* convexo nutantem mundum, E. II, 50. — iniquo, G. I, 164. — se prodit, G. II, 254. — super pondere testæ, G. II, 351. — sub pondere valido, G. III, 172. — pondere devexo fluit cervix, G. III, 524. — cum magno pondere auri, Æ. III, 49. — pondere tarda pinus, Æ. V, 153. — immani cestus, Æ. V, 401. — vasto concidit, Æ. V, 447. — sub pondere gemuit, Æ. VI, 413. — pondere infesto volvebant saxa, Æ. IX, 512. — subito procubuit turris, Æ. IX, 540. — ingenti concussa est tellus, Æ. IX, 752. — magno saxum vellit, Æ. X, 381. — ipso defecit, Æ. XII, 255. — quo pondere vergat letum, Æ. XII, 727. — pondere culicis levior, Cu. 7. — prono provexit cursum, Cir. 26. — excurrit in libras octonas, Mor. 18. — *pondera* immania baltei rapiens, Æ. X, 496. — auri sunt mihi pondera, Æ. X, 527.

Pone sequens Eurydice, G. IV, 487. — legit pontum, Æ. II, 208. — subit conjux, Æ. II, 725. — sequens, Æ. X, 226.

Pono his nec metas rerum, nec tempora, Æ. I, 278. — in gremiis vestris, Æ. IX, 261. — *ponis* spem in armis, Æ. II, 676; XI, 411. — *ponit* auctumnus fetus, G. II, 521. — certamina pecoris magistris, G. II, 530. — præmia, Æ. V, 292, 486. — discrimina mundo, Cu. 101. — *ponunt* fundamina favis, G. IV, 161. — animas, G. IV, 238. — in

litore artus, Æ. I, 173. — Pœni ferocia corda, Æ. I, 302.—juvenem sublimem stramine, Æ. XI, 67. —*posuit* Orphea in medio, E. III, 46. — domos sub terris, G. I, 182. — vinea frondes, G. II, 403. — simul cervicem inflexam, Æ. III, 631. — Jovi centum templa, Æ. IV, 200. — errans urbem pretio, Æ. IV, 212. — templa, Æ. VI, 19. — nomen tellus, Æ. VIII, 329. — arma sub quercu, Æ. VIII, 616. — caput leto, Æ. XI, 830. — comas ferro, Æ. XII, 209. —*posuerunt* præmia ingeniis, G. II, 383. — carinas ratibus, G. II, 445. — hic mœnia Locri, Æ. III, 399. — non idcirco flammæ vires, Æ. V, 681. — cubilia in faucibus Orci, Æ. VI, 274. — partem suis, Æ. VI, 611. — venti, Æ. VII, 27. — urbem in montibus, Æ. VIII, 53. — me his locis, Æ. VIII, 335. — vitam in limine portæ, Æ. IX, 687. Zephyri, Æ. X, 103. —*ponet* mores et mœnia viris, Æ. I, 264. —*ponam* pocula, E. III, 36.—templum, G. III, 13. — classis certamina Teucris, Æ. V, 66. — ego hic sortes, Æ. VI, 73. — æqua solo culmina, Æ. XII, 569. — *ponat* vestigia, G. III, 195. — *ponant* qui pocula, Æ. I, 706. — *posuissem* victis manu Pergama, Æ. IV, 344. — *pone* ordine vites, E. I, 74. — caput, Æ. V, 845. — animos, Æ. XI, 366. — merum et talos, Cop. 37. — *ponite* spem, Æ. XI, 309. — *ponere* vitem, G. I, 284. — retia cervis, G. I, 307. — vitem plano, G. II, 273. — sedes ubi jubes? Æ. III, 88. — epulandum mensis, Æ. IV, 602. — te terra nequivi, Æ. VI, 508. — me hoc ita sentis, Æ. X, 623. — *posuisse* nomen colonis, Æ. VII, 63. — *positura* exitiis modum, Æ. VII, 129. — *positus* agro limes, Æ. XII, 898. — *positum* in clauso, G. IV, 303. — castris simulacrum, Æ. II, 172. — sic corpus, Æ. II, 644. — corpus, Æ. XI, 30. — *posito* de semine, G. II, 14. — certamine, Æ. VIII, 639. — super abjectum pede, Æ. X, 736. — *posita* te ut abessem, Æ. IV, 681. — urbe, Æ. V, 60. — *positæ* sic lauri, E. II, 55. — sub nocte volucres, Æ. IV, 527. — *positis* arboribus, G. II, 278. — seminibus, G. II, 354. — castris, G. III, 348. — exuviis, G. III, 437. — sagittis, G. IV, 344. — bellis, Æ. I, 291. — exuviis novus, Æ. II, 473. — aris, Æ. III, 404. — incudibus, Æ. VII, 629. — hastis, Æ. IX, 586. — armis, Æ. X, 52. — insignibus, Æ. XI, 89.

Pons : ponti ignoto sese committere, G. III, 78. — *pontem* vellere, Æ. VIII, 650. — indignatus Araxes, Æ. VIII, 728. — *ponte* parato stabat ratis, Æ. X, 654. — *pontes* jungunt, Æ. IX, 170. — altos transilit, Æ. X, 658. — altos instraverat, Æ. XII, 675. — *pontibus* crebris consistere, G. IV, 27. — altis turris, Æ. IX, 530. — exponit socios, Æ. X, 288.

Pontus et Abydi fauces tentantur, G. I, 207. — ingens ferit in puppim, Æ. I, 114. — Libyæ habet te, Æ. I, 556. — undique, Æ. III, 193. — medio venit, Æ. III, 417. — clamore intremuit, Æ. III, 672. — fert monstra sub æquore, Æ. VI, 729. — splendet sub lumine, Æ. VII, 9. — premit æquora, Æ. X, 103. — nos claudit, Æ. X, 377. — procurrens gurgite, qualis ruit, Æ. XI, 624. — *ponti* freta, G. I, 356. — æquora, G. I, 469. — gens humida, G. IV, 430. — hiems interclusit illos, Æ. II, 110. — *ponto* discludere, E. VI, 35. — humida vela, G. I, 372. — refuso, G. II, 163. — in medio fluctus, G. III, 237. — submergere, Æ. I, 40. — disjice corpora, Æ. I, 70. — nox incubat, Æ. I, 89. — pererrato denique statues mœnia, Æ. II, 295. — medio jacet insula, Æ. III, 104. — vasto me immergite, Æ. III, 605. — tendens palmas, Æ. V, 233. — incolumem te fore, Æ. VI, 345. — toto profugis me opponere ausa, Æ. VII, 300. — feruntur, Æ. IX, 122. — quæ proxi-

ma porta, Æ. IX, 238. — pilam jaciunt, Æ. IX, 712. — exposta rupes, Æ. X, 694. — cæruleo quæ sunt numina, Æ. XII, 182. — *pontum* moveri, G. I, 130. — magno murmure misceri, Æ. I, 124. — pars cetera legit, Æ. II, 207. — profundum adspectabant, Æ. V, 615. — trans pontum fugat, Æ. VI, 312. — spumantem secant, Æ. IX, 103. — trucem misceret, Cir. 76. — adverso sidere trucem perlabi, Cat. XI, 47.

Poples: poplite succiso, Æ. IX, 762; X, 699. — duplicato incidit ad terram, Æ. XII, 927.

Populator Minos, Cir. 111.

Populeus: populea sub umbra, G. IV, 511. — fronde, Æ. V, 134. — *populeas* inter frondes, Æ. VIII, 32; X, 190. — *populeis* ramis, Æ. VIII, 286.

Populo: populat curculio acervum, G. I, 185. — vi litora vestra, Æ. XII, 263. — *populant* formicæ acervum, Æ. IV, 403. — *populare* Libycos penates, Æ. I, 527. — *populatus* iter suum quisque, Æ. XII, 525. — *populata* tempora, Æ. VI, 496.

Populus Alcidæ gratissima, E. VII, 61. — in fluviis, E. VII, 66. — candida imminet antro, E. IX, 41. — et glauca, G. II, 13. — bicolor umbra velavit comas, Æ. VIII, 276. — ne plangat ictus, Cu. 140.

Populus que patresque exposcunt, Æ. IX, 192. — *populi* fasces, G. II, 495. — tabularia, G. II, 502. — ad proceres, Æ. III, 58. — audacis bello, Æ. IV, 615. — fortuna, Æ. XI, 345. — erat proventus, Mor. 79. — *populo* in magno, Æ. I, 152. — portendere bellum, Æ. VII, 80. — cum populo, Æ. VIII, 679. — cum populo pingui nil mihi, Cat. XI, 64. — *populum* late regem, belloque superbum venturum, Æ. I, 21. — tueri sub relligione, Æ. II, 188. — hunc communem regamus, Æ. IV, 102. — exstinxsti, Æ. IV, 682. — infusum omnem decedere jubet, Æ. V, 552. — volentem, Æ. V, 750. — *populi* circum hunc volabant, Æ. VI, 706. — multi nos petierunt, Æ. VII, 236. — Latini, Æ. VII, 716. — qui populi coeant, adspice, Æ. VIII, 385. — quaterni sub gente, Æ. X, 202. — auxilio supersunt, Æ. XI, 420. — tot, quos duces misere, Æ. XI, 430. — *populorum* dona, Æ. VIII, 721. — *populis* tot Asiæ regnatorem, Æ. II, 556. — nullus amor esto, Æ. IV, 624. — vocatis daret jura, Æ. VII, 247. — a populis Auroræ victor, Æ. VIII, 686. — ipsa caput, Æ. X, 203. — *populos* dicam, G. IV, 5. — per volentes dat jura, G. IV, 562. — latos despiciens, Æ. I, 225. — contundet feroces, Æ. I, 263. — Italiæ illa tibi expediet, Æ. III, 458. — propinquos, Æ. III, 502. — misceri, Æ. IV, 112. — replebat sermone, Æ. IV, 189. — per populos Graium ibat, Æ. VI, 588. — populos regere imperio, Æ. VI, 852. — Laurentes docet, Æ. VI, 892. — amborum regum exscindere, Æ. VII, 316. — per populos feroces agitur, Æ. VII, 384. — populos jam pridem resides vocat, Æ. VII, 693. — mille feroces rapit, Æ. VII, 725. — Sarrastes premebat, Æ. VII, 738. — regebat, Æ. VIII, 325. — ingentes tibi jungere, Æ. VIII, 475. — Latinos adspectat, Æ. X, 4. — fregerat, Cat. XII, 4.

Porca: porca cæsa jungebant fœdera, Æ. VIII, 641.

Porricio: porricit in fluctus exta, Æ. V, 776. — *porriciam* in fluctus exta, Æ. V, 238.

Porrigo: porgite dextris pocula, Æ. VIII, 274. — *porrigitur* cui corpus per novem jugera, Æ. VI, 597. — *porrecta* Rhodope redit sub axem, G. III, 351. — *porrectum* arena extendit, Æ. IX, 589.

Porro hinc accepit Roma, Æ. V, 600. — quæ sint ea flumina requirit, Æ. VI, 711. — percipe quid dubitem, Æ. IX, 190.

Porrum: porri secti area domat

famem, Mor. 83. — *porra* debentia nomen capiti, Mor. 74.

Porta ingens cæli tonat, G. III, 261. — qua data, Æ. I, 83. — adversa, ingens, Æ. VI, 552. — *portæ* in limine substitit, Æ. II, 242. — limina obscura, Æ. II, 752. — Scææ limina, Æ. III, 351. — custos, Æ. IX, 176. — in bivio, Æ. IV, 238. — in limine, Æ. IX, 687. — subeuntem Lucetium, Æ. IX, 570. — infigitur hasta, Æ. IX, 746. — *portam* Carmentalem Romano nomine monstrat, Æ. VIII, 338. — tenebant statione, Æ. IX, 183. — recludunt, Æ. IX, 675. — ad portam Dardaniam ruit, Æ. IX, 695. — portam converso cardine torquet, Æ. IX, 724. — *porta* eburna emittit natum, Æ. VI, 899. — *portæ* diræ Belli claudentur, Æ. I, 294. — panduntur, Æ. II, 27. — sacræ panduntur, Æ. VI, 574. — geminæ somni sunt, Æ. VI, 894. — geminæ Belli sunt, Æ. VII, 607. — *portarum* primi vigiles, Æ. II, 335. — limina, Æ. II, 803. — claustra, Æ. VII, 185. — *portis* erumpunt, G. IV, 78. — ruunt, G. IV, 185. — recipi, Æ. II, 187. — patentibus accipiunt socios, Æ. II, 266. — bipatentibus adsunt, Æ. II, 330. — propinquabam, Æ. II, 730. — it juventus, Æ. IV, 130. — moveri, Æ. VII, 429. — clausis acuant ferrum, Æ. VIII, 386. — apertis exierat, Æ. VIII, 585. — immittere socios, Æ. IX, 758. — omnibus circum instant Rutuli, Æ. X, 118. — sub altis effunde, Æ. XI, 485. — sub ipsis ab equo desiluit, Æ. XI, 499. — jam propinquabant, Æ. XI, 621. — plenis se fundunt, Æ. XII, 122. — sublimibus adstant, Æ. XII, 133. — sese extulit, Æ. XII, 441. — pro portis sustentant aciem, Æ. XII, 661. — ad *portas* cecidit custodia, G. IV, 165. — miratur, Æ. I, 422. — portas Scæas tenet Juno, Æ. II, 612. — adverso fornice conspicio, Æ. VI, 631. — tristes recludere, Æ. VII, 617. — morantes impulit, Æ. VII, 621. — per portas omnes se condunt, Æ. IX, 39. — portas objiciunt, Æ. IX, 45. — obsidere, Æ. IX, 159. — explorant, Æ. IX, 169. — ad portas prosequitur, Æ. IX, 309. — portas patentes præbere, Æ. IX, 693. — intra portas prælia miscent, Æ. X, 23. — ad portas ruere, Æ. XI, 142. — portas præfodiunt, Æ. XI, 473. — patentes irrupere, Æ. XI, 879. — claudere, Æ. XI, 883. — in portas arietat, Æ. XI, 890. — ad portas discurrunt alii, Æ. XII, 577. — portas pandere, Æ. XII, 584.

Portendo : portenderet ira deum, Æ. V, 706. — *portendere* debita hæc generi repeto, Æ. III, 184. — populo bellum, Æ. VII, 80. — *portendi* fatis hunc generum, Æ. VII, 256.

Portentum : portenta deum obstant, Æ. VII, 58. — quem casum ferant, Æ. VIII, 533. — horribili visu sequuntur, Æ. XI, 271.

Porticus : porticibus longis fugit, Æ. II, 528. — vacuis adservabant prædam, Æ. II, 761. — in amplis illos accipiebat, Æ. III, 353. — auratis volitans anser, Æ. VIII, 656. — vacuis sonat, Æ. XII, 476.

Portitor Orci, G. IV, 502. — horrendus squalore Charon, Æ. VI, 298. — ille Charon, Æ. VI, 326.

Porto tibi dona, Æ. X, 881. — *portas* bellum, Æ. III, 539. — *portat* te septima æstas omnibus terris, Æ. I, 755. — quem equus Thracius, Æ. V, 566; IX, 50. — sub tecta, Æ. VI, 211. — ovans prædam, Æ. IX, 758. — rorantia capita, Æ. XII, 512. — *portatis* quæ ad me munera, Æ. XI, 281. — *portant* sublimem pariter cum flamine, Æ. IV, 241. — velum deæ, Cir. 35. — *portabat* Cupido dona regia Tyriis, Æ. I, 696. — in urbem fasces, Mor. 80. — *portavit* amor luctum alumnæ, Cir. 289. — *portare* secum patrios penates, Æ. IV, 598. — *portans* Hebrus caput gurgite, G. IV, 524. — gens Ilium in Ita-

liam, Æ. I, 68. — tibi somnia, Æ. V, 840. — sinu præ se, Æ. XI, 544. — insignia, Cat. XI, 5. — *portantes* munera, Æ. XI, 333. — *portatur* qualis Athenis, Cir. 22. — *portantur* Pygmalionis opes pelago, Æ. I, 363. — *portanda* patri mandata, Æ. IX, 312.

Portus jam propior patescit, Æ. III, 530. — curvatus in arcum, Æ. III, 533. — immotus et ingens ipse, Æ. III, 570. — Drepani me accipit, Æ. III, 707. — in limine, Æ. VII, 598. — *portum* tetigere carinæ, G. I, 303. — efficit insula, Æ. I, 159. — hinc petit, Æ. I, 194. — tenet pubes tuorum, Æ. I, 400. — ad portum Caietæ se fert, Æ. VI, 901. — portum relinquit, Æ. VII, 7. — *portu* provehimur, Æ. III, 72. — tuto hæc fessos accipit, Æ. III, 78. — Chaonio subimus, Æ. III, 292. — progredior, Æ. III, 300. — Ausonio possis considere, Æ. III, 378. — alto se condidit, Æ. V, 243. — a portu diversa petamus, Æ. VII, 132. — portu sedetis, Æ. VII, 201. — *portus* memorem, G. II, 161. — revisit, G. IV, 390. — hic alii effodiunt, Æ. I, 427. — relinquo, Æ. III, 10. — Ortygiæ linquimus, Æ. III, 124. — intravimus, Æ. III, 219. — intrare licebit, Æ. III, 254. — linquere jubeo, Æ. III, 289. — vicinos paras invadere, Æ. III, 382. — ad portus ruit, Æ. III, 676. — portus parant, Æ. IV, 87. — vacuos sensit, Æ. IV, 588. — tangere, Æ. IV, 612. — Sicanos nec longe reor, Æ. V, 24. — petunt, Æ. V, 32. — amicos intramus, Æ. V, 57. — desertos vidit, Æ. V, 612. — Averni accedet, Æ. V, 813. — require Velinos, Æ. VI, 366. — in portus delati Troes, Æ. VII, 22. — portus tenebunt Ausonios, Æ. IX, 98. — ad portus beatos mittimus vela, Cat. VII, 8.

Posco supplex tua numina, Æ. I, 666. — quæ sit sententia, Æ. III, 59. — non indebita regna, Æ. VI, 66. — posco, Æ. IX, 194. — *poscit* sibi reddi honorem, Æ. V, 342. — sibi non hoc tempus spectacula, Æ. VI, 37. — socios incendia, Æ. IX, 71. — quod te parens, Æ. IX, 84. — scalas in mœnia, Æ. IX, 524. — illum in prælia, Æ. X, 661. — equos, Æ. XII, 82, 326. — viam auxilio, Æ. XII, 388. — solum in certamina, Æ. XII, 467. — famulam mortaria, Mor. 92. — *poscimus* te pacem, Æ. XI, 362. — *poscunt* terræ semina, G. II, 324. — Dardanidæ pœnas, Æ. II, 72. — sic fata, Æ. IV, 614. — bellum perverso numine, Æ. VII, 584. — quem numina, Æ. VIII, 512. — bello connubia, Æ. IX, 600. — bella manus, Æ. XI, 379. — me in certamina, Æ. XI, 434. — arma manu, Æ. XI, 453. — sic numina, Æ. XI, 901. — *poscebat* sibi honorem divum, Æ. VI, 589. — *poposcit* pateram regina, Æ. I, 728. — *poscas* oracula precibus, Æ. III, 456. — *poscat* quem Apollo, Æ. II, 121. — arma juventus, Æ. VII, 340. — sibi regnum, Æ. XI, 219. — *poscamus* ventos, Æ. V, 59. — *poscant* acies, Æ. VIII, 540. — quæ *posceret* ordo, Æ. V, 707. — *posce* tu modo deos veniam, Æ. IV, 50. — *poscere* caussas veniendi, Æ. I, 414. — te sic ventos jamdudum cerno, Æ. V, 26. — fata tempus, Æ. VI, 45. — fata hunc illum reor, Æ. VII, 272. — in prælia Turnum, Æ. VIII, 614. — currus nunc tempus, Æ. IX, 12. — sibi pretium, Æ. XII, 350. — *poscens* deos omina meliora, G. III, 456. — *poscente* nullo, G. I, 128. — *poscentibus* fatis, Æ. VIII, 477. — *posci* se fatis regem, Æ. VIII, 12. — in certamina Turnum testatur, Æ. XI, 221.

Possessor agelli, E. IX, 3.

Possum præcepta referre, G. I, 176. quidquid promittere, Æ. VIII, 401. — non fœdera possum, Æ. XII, 151. — me opponere, Æ. XII, 874. — sperare salutem, Cir. 322. — contendere, Cir. 418. — si quid cessare *potes*, E. VII, 10. — somnos ducere, Æ. IV,

560. — omnia, Æ. VI, 117. — namque potes, Æ. VI, 336. — armare fratres, Æ. VII, 335. — tu subducere Ænean, Æ. X, 81. — convertere classem, Æ. X, 83. — qui potes, reflectas tua orsa, Æ. X, 632. — potes servare, Cir. 275. — *potest* reddere responsa vates, G. III, 491. — abolere viscera undis, G. III, 560. — quod fieri ferro, Æ. VIII, 402. — quisquam vertere jussa, Æ. X, 35. — quid potest te juvare, Æ. XII, 872. — potest te tangere cura, Æ. XII, 933. — esse dulcior, Cat. XII, 4. — fuisse doctior, Cat. XIII, 8. — si non *possumus* omnes, E. VII, 23. — non omnia omnes, E. VIII, 63. — prædicere tempestates, G. I, 253. — possumus, Cir. 44; Cat. XI, 63. — *potestis* memorare, Æ. VII, 645; IX, 529. — *possunt* deducere Lunam, E. VIII, 69. — mutare labores, E. X, 64. — nec ferre omnia, G. II, 109. — non reverti, G. II, 313. — revocare parentes, G. III, 262. — movere animum, G. III, 520. — quæ æquora me accipere, Æ. II, 69. — possunt si quid numina, Æ. IV, 382. — quia posse videntur, Æ. V, 231. — nec retinere, Æ. V, 669. — si quid carmina, Æ. IX, 446. — neque avelli, Æ. XI, 201. — nec absistere ferro, Æ. XI, 307. — decedere solo, Æ. XI, 325. — nec possunt homines, nec possunt flectere divi, Cir. 379. — *poteram* contingere ramos a terra, E. VII, 40. — *poteras* requiescere, E. I, 80. — *poterat* videri legio, Æ. VIII, 605. — quem non perdere, Æ. XII, 776. — *poterant* haud impune tendere iter, Æ. VI, 239. — quod *potui*, E. III, 70. — forsan succumbere, Æ. IV, 19. — si sperare dolorem, Æ. IV, 419. — non divellere corpus, Æ. IV, 600. — quæ nil linquere, Æ. VII, 309. — hactenus, Æ. IX, 823. — perferre labores, Æ. XII, 177. — producere diem, Cir. 296. — *potuisti* linquere solam, Æ. IX, 482. — agitare Trojanos, Æ. XII, 804. — *potuit* rerum cognoscere causas, G. II, 490. — rescindere ferro, G. III, 453. — submergere ponto, Æ. I, 40. — Antenor penetrare Illyrios sinus, Æ. I, 242. — si arcessere, Æ. VI, 119. — te flectere, Æ. VIII, 384. — non depellere pestem, Æ. IX, 328. — nec perferre dolorem, Æ. IX, 426. — nec potuit, Æ. IX, 429. — potuit quæ virtus esse, fuit, Æ. XI, 312. — ut primum fari, Æ. XII, 47. — quem flectere mater, Cir. 134. — retinere incensam, Cir. 436. — *potuerunt* nec seri, G. I, 161. — haud ullæ sagittæ vincere, G. II, 124. — quid tandem committere, Æ. I, 232. — pauci, Æ. VI, 131. — capi capti, Æ. VII, 295. — quem non phalanges sternere, Æ. XII, 544. — *potero* perferre, Æ. IV, 420. — *poteris* cognoscere quæ sit virtus, E. IV, 27. — non dubiis cognoscere signis, G. IV, 253. — nec convellere, Æ. VI, 148. — flectere parentem, Cir. 333. — poteris, Cir. 334. — neque rami *poterunt* se extendere, G. II, 287. — *possim* ne adcedere partes, G. II, 483. — qua me tollere, G. III, 8. — superare labores, Æ. III, 368. — non omnia nomina percurrere, Æ. VI, 627. — cognoscere, Cir. 243. — vectari freta, Cat. V, 1. — scribere, Cat. XI, 10. — *possis* cognoscere, G. II, 226. — qua id facere, Æ. I, 676. — considere portu, Æ. III, 378. — urbem componere, Æ. III, 387. — sinus implere, Æ. III, 455. — ubi considere, Cir. 193. — quid non unica, Cir. 334. — *possit* quid uterque, E. III, 28. — ne qua scire dolos, Æ. I, 682. — duci in mœnia, Æ. II, 187. — lacrimis æquare labores, Æ. II, 362. — fallere amorem, Æ. IV, 85. — qua ratione confieri docebo, Æ. IV, 116. — quis fallere amantem, Æ. IV, 296. — quid femina, Æ. V, 6. — si excussisse deum, Æ. VI, 78. — adversos tegere, Æ. VI, 754. — educere natos, Æ. VIII, 413. — se attollere, Æ. IX, 322. — quo se immittere, Æ. IX, 421. — quibus concredere mu-

ros, Æ. X, 286. — quid virtus, Æ. XI, 386. — quos confundere aura, Cu. 154. — ut certis *possimus* discere signis, G. I, 351. — *possint* consistere, G. IV, 27. — ne Æneadæ ambire Latinum, Æ. VII, 334. — exercere diem, Æ. X, 807. — defendere tecta, Æ. XII, 627. — *possem* servare, Æ. X, 616. — finire dolores, Æ. XII, 880. — contemnere curas, Cir. 17. — *posses* perdere, Æ. X, 879. — *posset* ne quis cernere, neu contingere eos, Æ. I, 413. — nec reperire viam, Æ. V, 807. — quantum gloria, Æ. XI, 155. — *possent* perferre laborem, G. II, 443. — quantum circumdare, Æ. I, 368. — si defendi dextra Pergama, Æ. II, 292. — quantum servare, Æ. VI, 200. — si qua perrumpere aciem, Æ. IX, 513. — concurrere, Æ. XII, 771. — quæ morari cursum, Cir. 153. — *posse* reddere negabat, E. III, 241. — in sua ire loca, G. II, 234. — nec avertere regem, Æ. I, 38. — Pergama exscindi, Æ. II, 177. — me efferre pedem, Æ. II, 657. — dissimulare sperasti, Æ. IV, 306. — sic exstingui famam, Æ. VI, 527. — hoc precibus parentem sine, Æ. IX, 90. — reperire viam videor, Æ. IX, 196. — solvi præmia rear, Æ. IX, 253. — te manus evadere sperasti, Æ. IX, 561. — se evadere pugnæ cernit, Æ. XI, 703. — nasci malum, Cir. 431. — stertere super silice, Cat. XI, 46. — *potuisse* satis est videri, E. VI, 24. — me non occumbere, Æ. I, 98.

Post (adverb.): longo post tempore, E. I, 30, 68, 70 et alibi.

Post (præpos.) carecta latebas, E. III, 20. — alios petit dextra, Æ. I, 612. — hos, Æ. V, 154; VII, 655. — excidium Trojæ, Æ. V, 626. — longa tempora, Æ. VI, 409. — mortem, Æ. IX, 363; Cu. 275. — terga, Æ. XI, 81. — eruta Pergama, Æ. XI, 279.

Posterius loquetur graviore sono, Cu. 8. — pœnam futuram, Cu. 113. — posterius, Cu. 130.

Posterus. postera dies, Æ. III, 588; V, 42; VII, 148; XII, 113. — Aurora, Æ. IV, 6. — lux, Cir. 349.

Posthabeo: posthabui seria ludo, E. VII, 14. — *posthabita* Samo, Æ. I, 16.

Posthac efficiam, E. I, 76; E. III, 51. — illam nunquam videre, Cir. 510.

Postis: de poste sacro Neptuni refixum, Æ. V, 360. — *postes* nigri fuligine, E. VII, 50. — varios testudine pulchra, G. II, 463. — sub ipsos nituntur, Æ. II, 442. — relicti a tergo, Æ. II, 454. — æratos vellit, Æ. II, 480. — tenent amplexæ, Æ. II, 490. — cardine emoti procumbunt, Æ. II, 493. — superbi auro, spoliisque, procubuere, Æ. II, 504. — ferratos belli rupit, Æ. VII, 622. — fultos emuniit, Æ. VIII, 227. — in postes objice duros arietat, Æ. XI, 890. — castos inficiunt, Cir. 94. — *postibus* adversis figo clipeum, Æ. III, 287. — in sacris pendent arma, Æ. VII, 183. — superbis aptat dona, Æ. VIII, 722. — adesis hæsit, Æ. IX, 537.

Postquam introgressi, Æ. I, 520, et alibi.

Postremus merito, G. II, 410. — *postrema* fuerit canum cura, G. III, 404. — pistrix, Æ. III, 427. — *postremum* quem dejicis, Æ. XI, 664. — *postrema* coercent juvenes, Æ. IX, 27.

Postumus: postuma tua proles, Æ. VI, 763.

Potens armis atque ubere glebæ terra, Æ. I, 531; III, 164. — nimium visa Romana propago, Æ. VI, 872. — avis, atavisque, Æ. VII, 56. — facta promissi dea, Æ. VII, 541. — Atina, Æ. VII, 630. — seditione, Æ. XI, 340. — sit propago, Æ. XII, 827. — feritatis Ida, Cu. 310. — *potentem* auctorem accipiat, G. I, 27. — solem, G. II, 373. — nimborumque facis tempestatumque, Æ. I, 80. — Vestam, Æ. II, 296. — dominam, Æ. III, 438 — cæloque Ereboque Hecaten, Æ VI, 247. — dominum, Æ. VI, 621. — parvo Fabricium, Æ. VI, 844. — dex-

tram, Æ. VII, 234. — *potentes* maris et terræ tempestatumque, Æ. III, 528. — *potentum* limina, Æ. XII, 519. — *potentibus* herbis, Æ. VII, 19.

Potentia solis, G. I, 92. — mea magna, Æ. I, 664. — Romana, quæ æquavit cælo, Æ. VIII, 99. — quæ dura nostri egit in fraudem, Æ. X, 72. — fracta regis cessit, Cu. 365.

Potestas nulla datur affectare dextram, Æ. III, 670. — dum præcipitare potestas, Æ. IV, 565. — nulla datur exsuperare consilium, Æ. VII, 591. — tanta cui permissa? Æ. IX, 97. — nulla hinc exire, Æ. IX, 739. — nec respirare, Æ. IX, 813. — cui summa rerum, Æ. X, 100. — o *potestas* æterna hominum divûmque, Æ. X, 18. — *potestates* herbarum scire, Æ. XII, 396.

Potior: potitur vi auro, Æ. III, 56. — ille Paris rapto, Æ. IV, 217. — *potiuntur* Troes optata arena, Æ. I, 172. — Teucri armis, Æ. XII, 642. — *potiri* sceptro si contigerit, Æ. IX, 267. — *potitus* spolio gaudet, Æ. X, 500. — campo equus, Æ. XI, 493. — *potitum* conjugio Pyrrhi sceptrisque, Æ. III, 296. — *potiti* tellure insperata, Æ. III, 278. — auso, Æ. VI, 624. — bello pugnaque Rutuli, Æ. IX, 363. — præda et spoliis Rutuli, Æ. IX, 450.

Potior suboles, G. IV, 100. — hæc sententia visa est, Æ. IV, 287. . . .

Potis : nec potis fluctus æquare sequendo, Æ. III, 671, et alibi.

Potius ut reor et potius di firment, Æ. XII, 188, et alibi.

Poto: potat lac concretum, G. III, 463. — *potant* oblivia ad undam, Æ. VI, 715. — *potare* undam ad puteos, G. III, 330. — *potum* venient juvenci, E. VII, 11. — potum pastas age capellas, E. IX, 24. — *potis* rivis gauderent intuba, G. IV, 120.

Præ se jactant responsa, Æ. IX, 134. — se portans, Æ. XI, 544.

Præbeo: præbebat faces alumnis, Cu. 311. — *præbuit* usque terra labores, Æ. X, 322. — *præbere* latebras, G. II, 216. — fluvios, G. III, 301. — portas patentes, Æ. IX, 693.

Præcedo: præcesserat agmen ante volans, Æ. IX, 47.

Præcelsus: præcelsa in rupe consedit, Æ. III, 245.

Præceps deferar in undas, E. VIII, 59. — fertur in hostem, G. III, 236. — Eurus, G. IV, 29. — fugeret, G. IV, 457. — sese tulit ad litora, Æ. III, 598. — se misit ad undas, Æ. IV, 253. — hinc fugis, Æ. IV, 565. — animi Tmarus, Æ. IX, 685. — sese in fluvium dedit, Æ. IX, 815. — præceps ruit saxum, Æ. XII, 684. — impellitur, Cir. 184. — de montibus isses, Cir. 302. — corruit, Cat. XII, 7. — *præcipiti* noto, Æ. VII, 411. — *præcipitem* currum lavit sol, G. III, 359. — deturbat Menœten, Æ. V, 175. — Daren, Æ. V, 456. — projecit, Æ. V, 860. — adegit turbine, Æ. VI, 594. — Murranum, Æ. XII, 531. — impulit rota, Æ. XII, 579. — rapuisse ferrum est fama, Æ. XII, 735. — in *præceps* rapit alveus, G. I, 203. — patet Tartarus, Æ. VI, 578. — *præcipiti* certamine, G. III, 103. — saltu, Æ. VIII, 257. — in præcipiti stantem turrim, Æ. II, 460. — *præcipites* aves, G. III, 547. — cadunt, G. IV, 80. — trahit silvas, Æ. II, 307. — tempestate columbæ, Æ. II, 516. — metus agit, Æ. III, 682. — vigilate, Æ. IV, 573. — corripuere campum, Æ. V, 144. — nos premebat, Æ. X, 232. — ruunt, Æ. XI, 673. — in fossas, Æ. XI, 888. — imitantur ferrum sudibus, Æ. XI, 895.

Præceptum: præcepta veterum referre, G. I, 176. — dabit, G. IV, 398. — deum secuti, G. IV, 448. — matris facessit, G. IV, 548. — sponsæ audierit, Æ. II, 345. — parentis edocet, Æ. V, 747. — Sibyllæ exsequitur, Æ. VI, 236. — jubent nos deponere dona, Æ. VI, 632. — facessunt, Æ. IX, 45. — vetant, Cat. IX, 3. — *præceptis* parere, Æ. II, 607. — Heleni adolemus

honores, Æ. III, 546. — nutricis paret, Cir. 353.

Præcipio : præcipit spe hostem, Æ. XI, 491. — *præcepi* omnia, Æ. VI, 105. — *præceperat* Æneas discedens, Æ. IX, 40. — *præcipiant* numerumque modumque carinis, Æ. XI, 329. — *præceperit* si æstus lac, E. III, 98. — *præcipere* litora, Æ. X, 277. — *præceptum* iter, Cu. 289.

Præcipito : præcipitat nox cælo, Æ. II, 9. — longe excussus Aconteus, Æ. XI, 617. — moras, Æ. XII, 699. — *præcipitant* furor iraque mentem, Æ. II, 317. — flumina mento, Æ. IV, 251. — humum in vada nimbi, Æ. IX, 670. — nimbi effusa grandine, Æ. X, 804. — curæ dare tempus, Æ. XI, 3. — *præcipitate* moras, Æ. VIII, 443. — *præcipitare* pelago insidias Danaum, Æ. II, 37. — dum potestas, Æ. IV, 565. — *præcipitans* traxi mecum gubernaclum, Æ. VI, 351.

Præcipue dum frons tenera, G. II, 372. — legat matrum corpora, G. III, 51. — notabis, G. III, 101. — pius Æneas gemit, Æ. I, 220. — Phœnissa expleri nequit, Æ. I, 712. — cum jam, etc., Æ. II, 212. — Æneas, Æ. VI, 176. — horrida gens, Æ. VII, 746. — adspirate labori, Cir. 99.

Præcipuus fragor, Æ. XI, 214. — *præcipuum* laborem, G. III, 74. — Ænean, Æ. VIII, 177. — *præcipuos* honores, Æ. V, 249.

Præcido : præcisis undique saxis, Æ. VIII, 233.

Præclarus : præclara bello gens, Æ. VIII, 480. — bello proles, Æ. XII, 347. — *præclaram* urbem, Æ. IV, 655. — *præclara* stirpe, G. IV, 322. — *præclara* facta, Æ. X, 397.

Præco : præconis voce, Æ. V, 245.

Præcordia : præcordia circum, G. II, 484. — in præcordia redit virtus, Æ. II, 367. — ad intima subdit anguem, Æ. VII, 347. — transit hasta fisso ligno, Æ. IX, 413. — tumidus regno, Æ. IX, 596. — coit sanguis, Æ. X, 452. — mea oppugnat, Cir. 272. — mulcens, Cir. 346.

Præda onerosa Euryalum impedit, Æ. IX, 384. — date (voc. part.) canibus jaces, Æ. IX, 485. — Charontis agor, Cu. 215. — Phrygiæ vaga fluctuat, Cu. 355. — *prædæ* se accingunt, Æ. I, 210. — sortem ducere, Æ. IX, 268. — amore, Æ. XI, 782. — *prædam* fert avibus, G. II, 60. — adservabant, Æ. II, 763. — in prædamque vocamus divos, Æ. III, 223. — circumvolat turba, Æ. III, 233. — semesam relinquunt, Æ. III, 244. — convectant, Æ. IV, 404. — ni putasset, Æ. VI, 361. — duci jubet, Æ. XI, 79. — portat ovans, Æ. XI, 757. — projecit, Æ. XII, 255. — *præda* potiti Rutuli, Æ. IX, 450. — arcis ditata vis Argea, Cr. 342. — *prædas* raptas ad litora vertere, Æ. I, 528. — recentes convectare, Æ. VII, 749. — recentes comportare, Æ. IX, 613. — avertere, Æ. X, 78.

Prædico : prædixit malum sinistra cornix, E. I, 18. — quæ mihi Phœbus, Æ. III, 252. — mihi hos luctus, Æ. III, 713. — *prædixerat* cantu diem, Mor. 2. — *prædicam* tibi unum illud, Æ. III, 436. — *prædicere* malum, E. I, 17. — *prædicta* multa vatum horrificant, Æ. IV, 664.

Prædisco : prædiscere ventos cæli morem, G. I, 51. — tempestates, G. I, 252. — nigram tellurem, G. II, 255.

Prædives : prædivitis Latini, Æ. XII, 213.

Prædo perfidus quam relinquet, Æ. VII, 362. — *prædonis* Æneæ corpore, Æ. X, 774. — Phrygii telum, Æ. XI, 484.

Prædor : prædari lupos, G. I, 130.

Prædulcis : prædulce decus certamine posset, Æ. XI, 155.

Prædurus : prædurum viribus Orsen, Æ. X, 748. — *prædura* corpora, G. II, 531.

Præeo : præeunte carina, Æ. V, 186.

Præfero : præfert nanti frons hominem, Æ. X, 211. — *præferimus* ul-

tro manibus vittas, Æ. VII, 237. — munera, Æ. XI, 249. — ne *præferat* me sibi illa, E. II, 4. — *prætulerim* te cunctis, Æ. XII, 145. — *prælato* honori, Æ. V, 541.

Præficio : præfecit te lucis, Æ. VI, 118. — me lucis, Æ. VI, 564.

Præfigo : præfigunt ora prima capistris, G. III, 399. — capita, Æ. IX, 466. — *præfigeret* templis arma, Æ. XI, 778. — *præfigere* puppibus arma, Æ. X, 80. — *præfixum* ferro robur, Æ. X, 479. — *præfixo* ferro, Æ. V, 557. — *præfixa* cuspide, Æ. VII, 817. — *præfixa* ora, Æ. IX, 471. — ferro hastilia, Æ. XII, 489.

Præfodio : præfodiunt alii portas, Æ. XI, 473.

Præfor : præfatus divos rex, Æ. XI, 301. — *præfata* mortis connubia, Cu. 246.

Præfulgeo : præfulgens unguibus aureis pellis, Æ. VIII, 553.

Prælabor : prælabi rotis flumina Alphea, G. III, 180.

Prælium : prælia quum canerem, E. VI, 3. — ventorum concurrere, G. I, 317. — horrida miscent, G. II, 238. — ad prælia ventum est, G. III, 98. — prælia miscent vi, G. III, 220. — dant cervi, G. III, 265. — dicam, G. IV, 5. — prima ineunt, G. IV, 314. — tentant vigiles, Æ. II, 334. — in prælia audere, Æ. II, 347. — prælia multa conserimus, Æ. II, 397. — instaurata revisam, Æ. II, 670. — nova tentant, Æ. III, 240. — in prima tollit caput, Æ. V, 375. — in prælia ferre manum, Æ. V, 402 — prælia voce diremit, Æ. V, 467. — texunt ludo, Æ. V, 593. — in prælia armare fratres, Æ. VII, 335. — prima movent Martem, Æ. VII, 603. — te misere, Æ. VII, 744. — prælia dura pati, Æ. VII, 806. — in prælia poscere Turnum, Æ. VIII, 614. — in prælia agens Italos, Æ. VIII, 678. — in prælia cogit acies, Æ. IX, 463. — ad prælia torpent vires, Æ. IX, 499. — prælia miscent intra portas, Æ. X, 23. — tollunt, Æ. X, 357. — in prælia meditantem taurum, Æ. X, 455. — in prælia illum poscit, Æ. X, 661. — ad prælia veni, Æ. X, 901. — prælia cum gente dura esse, Æ. XI, 48. — nulla quos fatigant, Æ. XI, 307. — in prælia cingitur Turnus, Æ. XI, 486. — in prælia hortatur Messapum, Æ. XI, 520. — inter media prælia belli fugiens, Æ. XI, 541. — in prælia tertia congressi, Æ. XI, 631. — prælia sæva suscitat, Æ. XI, 727. — reficit pulsos, Æ. XI, 731. — tentent, Æ. XI, 912. — in prælia prima ciet mugitus, Æ. XII, 103. — inter prælia media quatit equos, Æ. XII, 337. — in prælia media fertur, Æ. XII, 346. — per prælia ruunt ambo, Æ. XII, 526. — prælia nostra pati, Æ. XII, 570. — ad prælia se cogi, Æ. XII, 581. — prælia miscet, Æ. XII, 628. — in prælia inimica incurrunt, Æ. XII, 716. — prælia prima conscendebat equos, Æ. XII, 735. — inimica traherem Teucros, Æ. XII, 812. — horrida pinguntur, Cir. 31.

Prælum : prælorum cola, G. II, 242.

Præmetuo : præmetuens illa sibi Teucros infestos, Æ. II, 573.

Præmitto : præmittit Æneas Achaten ad naves, Æ. I, 644. — *præmisit* equitum arma, Æ. XI, 513. — *præmissus* Achates, Æ. VI, 34. — *præmissi* ex urbe equites, Æ. IX, 367. — *præmissa* tuis rebus exordia, Cir. 47.

